

**MISSALE
NIGRUM**

CONVENTUS AMOR SATANAE

ORDO NOCTIS SABBATI



*Anno Satanae L Promulgatum
Synagoga Satanae*

De Daemonialitate

Non copulatur Dæmon Sagis, seu Maleficis, nisi præmissa solemnī professione, qua iniquissimi homines Dæmoni addicuntur; quæ professio consistit in undecim ceremoniis:

Primo, ineunt pactum expressum cum Dæmone, aut alio Mago seu Malefico vicem Dæmonis gerente, et testibus præsentibus, de servitio Diabolico suscipiendo: Dæmon vero viceversa honores, divitias, et carnales delectationes illis pollicetur.

Secundo, abnegant catholicam fidem, subducunt se obedientiæ Dei, renuntiant Christo, et protectioni Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Ecclesiæ omnibus sacramentis.

Tertio, projiciunt a se Coronam, seu Rosarium B. V. M., Chordam S. P. Francisci, aut Corrigiam S. Augustini, aut Scapulare Carmelitarum, si quod habent, Crucem, Medaleas, Agnos Dei, et quidquid sacri aut benedicti gestabant, et pedibus ea proculcant.

Quarto, vovent in manibus Diaboli obedientiam, et subjectionem, eique præstant homagium et vassallagium, tangendo quoddam volumen nigerrimum. Spondent, quod nunquam redibunt ad fidem Christi, nec Dei præcepta servabunt, nec ulla bona opera facient, sed ad sola mandata Dæmonis attendent, et ad conventus nocturnos diligenter accedent.

Quinto, spondent se enixe curaturos, et omni studio ac sedulitate procuraturos adducere alios mares et fœminas ad suam sectam, et cultum Dæmonis.

Sexto, baptizantur a Diabolo sacrilego quodam baptismo, et abnegatis Patrinis et Matrinis baptismi Christi, et Confirmationis, et nomine, quod sibi fuit primo impositum, a Diabolo sibi assignantur Patrinus et Matrina novi, qui ipsos instruant in arte Maleficiorum, et imponitur nomen novum, quod plerumque scurrile est.

Septimo, abscindunt partem propriorum indumentorum, et illam offerunt Diabolo in signum homagii, et Diabolus illam asportat, et servat.

Octavo, format Diabolus circulum super terram, et in eo stantes Novitii Malefici et Sagæ firmant juramento omnia, quæ ut dictum est promiserunt.

Nono, petunt a Diabolo deleri a libro Christi, et describi in libro suo, et profertur liber nigerrimus, quem tetigerunt præstando homagium, ut dictum est supra, et ungue Diaboli in eo exarantur.

Decimo, promittunt Diabolo statis temporibus sacrificia, et oblationes; singulis quindecim diebus, vel singulo mense saltem necem alicujus infantis, aut mortale veneficium, et singulis hebdomadis alia mala in damnum humani generis, ut grandines, tempestates, incendia, mortem animalium, etc.

Undecimo, sigillantur a Dæmone aliquo caractere, maxime ii, de quorum constantia dubitat. Character vero non est semper ejusdem formæ, aut figuræ: aliquando enim est simile lepori, aliquando pedi bufonis, aliquando aranæ, vel catello, vel gliri; imprimitur autem in locis corporeis magis occultis: viris quidem aliquando sub palpebris, aliquando sub axillis, aut labiis, aut humeris, aut sede ima, aut alibi; mulieribus autem plerumque in mammis, aut locis muliebribus. Porro sigillum, quo talia signa imprimuntur, est unguis Diaboli. Quibus peractis ad instructionem Magistrorum qui Novitios initiarunt, hi promittunt denuo, se nunquam Eucharistiam adoraturos; injuriosos Sanctis omnibus, et maxime B. V. M. futuros; conculcaturos ac conspurcaturos Sacras Imagines, Crucem, ac Sanctorum Reliquias; nunquam usuros Sacramentis, aut sacramentalibus, nisi ad Maleficia; integram confessionem sacramentalem sacerdoti nunquam facturos, et suum cum Dæmone commercium semper celaturos. Et Diabolus vicissim pollicetur, se illis semper præsto futurum; se in hoc mundo votis eorum satisfacturum, et post mortem illos esse beaturum. Sic peracta professione solemnī, assignatur singulis eorum Diabolus, qui appellatur Magistellus, cum quo in partes secedunt, et carnaliter commiscuntur: ille quidem in specie fœminæ, si initiatus est vir; in forma autem viri, et aliquando satyri, aliquando hirci, si fœmina est Saga professa.

Compendium Maleficarum



Primo abnegant fidem, et Christianismum, obedientie Dei se subtrahunt: Beatae Virg. Mariæ patrocinium repudiant, et insuper illam conuicijs diris inhonorant vocando illam ruffam, et cetera et attribuit sibi Dæmon honores, quod Dæmon eos cogit, vt dicant, nego Creatorem coeli, et terræ, nego baptisma, nego adorationem Deo a me præstari solitam, tibi adhæreo, in te credo, ideo Dæmon, vnguem illis in frontem injicit, fingens se Chrisma abrasere, et baptismi characterem delere.

Secundo, fecte quoque illos tingit lauacro noui baptismatis.

Tertio, negato priore nomine, nouum illis inditur.

Quarto, cogit abnegare patrinis, et matrinis, tam baptismi, quam confirmationis, et novos illis alios assignat.

Quinto, dant Diabolo frustum aliquod vestimenti, quia Diabolus partem singularum rerum sibi studet vindicare: ex spiritualibus bonis, fidem, ac baptismum, ex corporalibus, sanguinem, ut in sacrificijs Baal, ex bonis naturæ, filios, ut demonstrabitur alibi ex bonis fortunæ, frustum vestis.

Sexto, præstant Dæmoni iuramentum super circulo in terram sculpto, fortasse, quia cum circulus sit symbolum Diuiniatis, et terra scabellum Dei, sic certe vellet eos credere eum esset Dominum coeli, et terræ.

Septimo, petunt a Dæmone se deleri de libro vitæ, et scribi in libro mortis, libro nigerrimo.

Octauo, pollicentur sacrificia, et quædam striges promittunt se singulis mensibus, vel quindenis vnum infantulum strigando, exsugendo, occisuras.

Nono, quotannis aliquid suis Daemonibus Magistellis pendere tenetur, vt vel plagarum metum, vel earum quibus ex pacto sunt obnoxij præstationum, redimant vexationem, nec legitimum est aliquid, nisi sit atri coloris.

Decimo, corporis alicui parti, modo huic, modo illi, Characterem suum, velut de lapide emptis mancipijs fugitiuis solent imprimere, quod est insensibile etiam, aut perforatum, vt per exempla patebit. Non enim omnes, sed eos tantum dæmon inurit signo, quos inconstantes putat fore: signum autem non est semper idem forma, quia aliquando est simile leporis vestigio: aliquando buffonis pedi: aliquando aranæ; vel catello, vel gliri. Nec minus in eodem loco semper inurit, quia in viris sæpe videtur sub palpebris, sub axillis, sub labijs, in humeris, in sede ima: foeminis autem in mammis, vel mulieribus locis. Et sicut Deus in veteri testamento signabat suos Circuncisione, in nouo vero, signo sanctæ Crucis, quod circuncisioni successit; sic etiam Diabolus, qui amat Deum imitari, ab incunabulis Ecclesiæ hæreticos illos, qui Magicis simul implicati sunt, certa insigniuit nota.

Vndecimo, sic signati promittunt complura, vt puta, se nunquam Eucharistiam adoraturos, iniurios se perpetuo, ac contumeliosos in B. Virginem Mariam, reliquosque Sanctos, futuros, non verbis tantum, sed et factis: conculcaturos quoque conspurcaturos, et confracturos quasuis Sanctorum Reliquias, ac imagines: Signo Crucis: aqua lustrali: sale benedicto: cereis, et reliquis ab Ecclesia benedictis, consecratisque se abstenturos: confessionem peccatorum integram se nunquam Sacerdoti manifestaturos: istudque cum Dæmone commercium silentio pertinaci obscuraturos, certis, et statutis diebus ad conuentus, si possint aduolaturos, et quæ illic peragentur, non segniter obituros, denique quotquot poterunt Dæmonis seruitio adiuncturos. Et Diabolus vicissim pollicetur se illis semper præsto futurum, se in hoc mundo votis eorum satisfacturum, et post mortem illos beatorum.

ROSARIUM RECITATIO ROSARII SATANAE

Orationes Rosarii Satanae ita dicuntur: Signum Crucis Inversis Signum crucis inversis symbolum est quo Satanici incipere preces et alios ritus liturgicos utuntur. Crucifixum inversum manu sinistra tenens, manu sinistra in signo cornorum, primo coxae (dextra ad sinistram), deinde caput, tum genitalia tanguntur. Hoc formam crucis inversis, symbolum lucis Luciferi, format.

In nómine Sátanae et Luciféri et Spíritus Serpénti. Amen.

Symbólum Apostolórum Sátanae

manus ad crucifixum

Crédo in Sátanan, Pátrém omnipoténtem, Creatórem Inferi et térræ. Et in Luciférum, Fílium Lúcis unicum, Dóminum nóstrum, qui concéptus est de Spíritu Serpénti, nátus ex Lux Aetérna, ascéndit ad cáelos, pássus sub Rex Caelorum, descéndit ad ínferos, sédet ad sinístram Sátanae Pátris omnipoténtis, índe ventúrus est judicáre mórtuos et vívos. + Crédo in Spíritum Serpéntum, inférnam Ecclésiám Satánicam, Daemonórum communiónem, commisiónem peccatórum, cárnis fornicatiónem, delectatiónem aetérnam in hoc mundo. Amen.

Pater Noster

manus ad nodum maiorem

Pater Noster, Qui es in Inferis, Sanctificétur nomen Tuum; Advéniat regnum Tuum; Fiat volúntas Tua, sicut in Infero et in Terra; + Lucem nostrum quotidiánum da nobis hódie; Emítte spíritum Tuum et renovábis fáciem terrae; Líbera nos ad luxúriam; Líbera nos ad ubertátem domus Tuae; Sicut in die ambulémus; Comédite píngrua et bíbite mulsum; Fornicémur; Adquae ut fervéntius corda nostra praeparéntur, flammis adúre Tuae caritátis, Dómine Sátanas. Ego sum radix et genus Luciféri, stella spléndida et matutína. Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a generatió nibus meis implémini. Amen.

tres

Áve Lilith

manus ad nodos minores

Áve Lilith, semen Serpénti pléna, Sátanas técum. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus frúctus véntris túi, Daemónum. Sedúctrix Lilith, Máter Succubárum, óra pro nobis tuis servéntibus, nunc et in hóra Fornicatió nis nóstrae. Ámen.

Gloria Sátanae

Glória Sátanae, et Luciféro, et Spíritui Serpénto. + Sicut érat in princípío et nunc et sémper et in saécula saeculórum. Amen.

** Primum Mysterium Satanicum nuntiatur*

Primum mystérium satanicum: Spíritus Serpenti, Leviathan

Pater Noster *manus ad nodum maiorem* Decem Áve Lilith *manus ad nodos minores* Gloria Sátanae

** Secundum Mysterium Satanicum nuntiatur*

Secúndum mystérium satanicum: Ecclesia Satánica, Lucifer

Pater Noster *manus ad nodum maiorem* Decem Áve Lilith *manus ad nodos minores* Gloria Sátanae

** Tertium Mysterium Satanicum nuntiatur*

Tértium mystérium satanicum: Daemonum Communio, Samael, Azazel

Pater Noster *manus ad nodum maiorem* Decem Áve Lilith *manus ad nodos minores* Gloria Sátanae

** Quartum Mysterium Satanicum nuntiatur*

Quartum mystérium satanicum: Mundus Inferni, Satanus

Pater Noster *manus ad nodum maiorem* Decem Áve Lilith *manus ad nodos minores* Gloria Sátanae

** Quintum Mysterium Satanicum nuntiatur*

Quintum mystérium satanicum: Fornicatio Aeterna, Lilith

Pater Noster *manus ad nodum maiorem* Decem Áve Lilith *manus ad nodos minores* Gloria Sátanae

Signum Crucis Inversis

ORATIONES DIVERSAE PSALMI

XLII

In nomine Domini Dei nostri Satanae Luciferi Excelsi. Introibo ad altare dei nostri.
Ad dei nostri, Satanae Luciferi, qui laetificat juventutem meam.
Judica me. Deus meus. Et discerne causam meam de gente sancta.
Quia tu es Diabolus, fortitudo mea.
Emitte lucem tuam et veritatem tuam: Ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in Infernum tuum.
Et introibo ad altare dei nostri, ad Satanae Luciferi qui laetificat juventutem meam.
Quia tu es deus meus.
Spera in Diabolo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et deus meus.
Gloria tibi, Satanas Luciferi.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum.
Introibo ad altare dei.
Ad dei nostri, Satanae Luciferi, qui laetificat juventutem meam.
Adjutorium nostrum in nomine Diaboli.
Qui fecit Infernum et terram.

I

Beatus vir qui abiit in consilio daemonorum et in via peccatorum stetit et in cathedra pestilentiae sedit.
Qui in lege Satanae voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo et folium eius non defluet et omnia quaecumque faciet prosperabuntur.
Non sic pii non sic sed tamquam pulvis quem proicit ventus a facie terrae.
Ideo resurgent impii in iudicio et peccatores in consilio iustorum.
Quoniam novit Satanas viam christianorum et iter eorum peribit.

V

In finem, pro ea quae hereditatem consequitur.
Invocatio Azazelis.
Verba mea auribus percipe Satanas: intellege clamorem meum.
Intende voci orationis meae, rex meus et Diabolus meus.
Quoniam ad te orabo, Satanas: mane exaudies vocem meam.
Mane adstabo tibi et videbo quoniam deus volens iniquitatem tu es.
Et habitabit iuxta te malignus et permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Amavisti omnes qui operantur iniquitatem, amas omnes qui loquuntur mendacium:
virum sanguinum et dolosum amabit Satanas.
Ego vero in multitudine misericordiae tuae introibo, in domum tuam adorabo, ad templum diabolicum tuum in timore tuo.
Satanas, deduc me in iustitia tua propter inimicos meos. Dirige in conspectu meo viam tuam.
Quoniam non est in ore christianorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.
Iudica illos Domine Satanas, decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum,
expelle eos quoniam inritaverunt te Satanas.
Et laentur omnes qui sperant in te in aeternum exultabunt et habitabis in eis et gloriabuntur in te
omnes qui diligunt nomen tuum.
Quoniam tu benedices iusto, Satanas, ut scuto bonae voluntatis coronasti nos.

XXIII

Invocatio nati Satanae, nocte Walpurgis.
Satanae est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et universi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria flammae fundavit eum: et super flumina ignis praeparavit eum.
Quis ascendit in montem Azazelis: aut quis stabit in loco inferno eius?
Avarus manibus et lascivus corde, qui Satanae dedit animam suam, et cum Diaboli fecit pactum aeternum.
Hic accipiet benedictionem a Satana, et misericordiam a Lucifer salvatore suo.
Haec est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem Dominum Infernum.
Adtollite portas, principes vestras, et elevamini, portae aeternales: et introibit Rex Infernus.
Quis est iste Rex Infernae? Satanas fortis et potens: Satanas potens in proelio.
Adtollite portas, principes vestras, et elevamini, portae aeternales: et introibit Rex Mundi.
Quis est iste Rex Infernae? Dominus Legionarum Infernae, ipse est Rex Infernae.

MISSA NIGRA

Quotiescumque altare osculandum erat, diaconus osculabatur mulierem corpus, hostiamque consecrabat super pudenda, quibus hostiae portiunculam inserebat; missa tandem peracta, subdiaconus illam inibat, et interea diaconus et socius inibant quoque mulierem alteram. Missa peracta, subdiaconus, manibus in calice mersis, pudenda sua et muliebria lavabat.

INTROITUS

Sacerdos paratus, cum ministris et acolytis, accedit ad Altare.

In nómine Magni Dei Nostri Sátanae introibo ad altáre Dómini Inferi.

Ŕesponsum: **Ad Eum Qui laetíficat juventútem meam.**

Ŧersiculus: Adjutórium nostrum in nómine Dómini Inferi.

Ŕ: **Qui regit terram.**

Dómine Sátanas, Tua est terra et tui sunt ínferi. Orbem terrárum et plenitúdinem ejus Tu fundásti. Justítia et luxúria praeparátio sedis Tuae. Sedérunt príncipes et advérsus me loquebántur, et iníqui persecúti sunt me. Adjúva me, Dómine Sátanas meus. Custódi me, Dómine Sátanas, de manu peccatóris.

Ŕ: **Et ab homínibus iníquis éripe me.**

Ŧ: Dómine Sátanas Tu convérsus vivificábis nos.

Ŕ: **Et plebs Tua laetábitur in te.**

Ŧ: Osténde nobis, Dómine Sátanas, poténtiam Tuam.

Ŕ: **Et beneficium Tuum da nobis.**

Ŧ: Dómine Sátanas exáudi oratiónem meam.

Ŕ: **Et clamor meus ad Te véniat.**

Ŧ: Dóminus Inferus vobíscum.

Ŕ: **Et cum spírítu tuo.**

Glória Deo Dómino Inferi, et in terra vita homínibus fórtibus. Laudámus Te, benedícimus Te, adorámus Te, glóricámus Te, grátias ágimus tibi propter magnam poténtiam Tuam: Dómine Sátanas, Rex Inferus, Imperátor Omnípotens.

OFFERTORIUM

Celebrans discooperit calicem, accipit patenam cum hostia, et ambabus manibus usque ad pectus eam elevatam tenens, dicit:

Súscipe, Dómine Sátanas, hanc hóstiam, quam ego dignus fámulus Tuus óffero Tibi, Deo Meo Vivo et Vero, pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus fámulis Tuis: ut mihi et illis profíciat ad felicitátem in hanc vitam. Amen.

Reponens patenam cum hostia, et ambabus manibus accipiens calicem, simul elevans, cum dicit:

Offérimus Tibi, Dómine Sátanas, cálicem carnis stímulis ut in conspéctu majestátis Tuae, pro nostra utilitáte et felicitáte, pláceat Tibi. Amen.

Reponit calicem super Altare, et, tenens manus expansas super oblata, dicit:

Veni Sátanas, Imperátor Mundi, ut animábus famulórum famularúmque Tuárum haec prosit oblátio.

Thuribulum et naviculum ministratis, Celebrans ter incensum sabbati imponit in thuribulum, dicens:

Incénsus istud ascéndat ad Te, Dómine Inferi, et descéndat super nos beneficium Tuum.

Celebrans accipit thuribulum, incensat Altare et oblata. In primum, ter ducit thuribulum circum Calicem et Hostiam, et se inclinat. Postea, ter ducens thuribulum, incensat imaginem Satanae, simul se inclinat. In finem, incensat ter superficiem et latus Altaris.

Dóminus Inferus vobíscum.

℞: Et cum spíritu tuo.

℣: Sursum corda.

℞: Habémus ad Dóminum Inferum.

℣: Grátias agámus Dómino Infero Deo Nostro.

℞: Dignum et justum est.

Tunc Celebrans, extendens manibus, prosequitur:

Vere dignum et justum est, nos Tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine Sátanas, Rex Inferus, Imperátor Mundi. Omnes exércitus ínferi Te laudant cum quibus et nostras voces ut admítte júbeas, deprecámur, dicéntes:

Se inclinat dicens:

Salve, Salve, Salve,

 *Ter pulsatur campanula.*

Dóminus Sátanas Deus Poténtiae. Pleni sunt terra et ínferi glória Tua. Hosánna in profúndis.

CANON MISSAE

Dómine Sátanas, gentes christianórum, quae in sua feritáte confidunt, sinísterae tuae poténtia conterántur. Pone illos ut rotam, et sicut stípulam ante fáciem venti. Excita, Dómine Sátanas, poténtiam tuam et veni. Vídica sánguinem servórum tuórum, qui effúsus est; intret in conspéctu tuo gémitus conpeditórum.

Nunc Celebrans cum populo discooperint genetalia coram Satana. Celebrans tunc dicit:

Credo in Sátanan, qui laetificat juventútem meam. Orámus te,

Celebrans osculatur genetalia Altaris.

Dómine Inferi, miserére nobis.

In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a Te, Dómine Sátanas; et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi. Veni a porta ínferi, rédime me et miserére mei. Veni, Magíster Templi. Veni, Rex Mundi. Pleni sunt terra et ínferi majestátis glóriæ tuæ.

¶ **Infra Actionem**

Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper satanae Lilithae, succubis hominum et interficiens parvulorum, et Astarothae, Asmodeae, fornicatis principorum, sed et inferni Faustae, et infernorum Famulorum ac Martyrum tuorum Etiennae Guiborgi et Catherinae Monvoisini, et omnium Infernorum tuorum.

Jungit manus.

Per eundem Satanam Dominum nostrum. Amen.

♠*Tunc Celebrans extendit manus super oblata Altaris. Semel pulsatur campanula.*

Celebrans prosequitur:

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostrae sed et cunctae famíliæ tuæ, quáesumus, Dómine Sátanas, ut placátus accípias; diésque nostros in felicitáte dispónas, et in electórum tuórum júbeas grege numerári.

℞: Ave Sátanas.

ASPERGES DIABOLI

Puella acolyta presentatur atque discooperit genitalia. Puer acolytus tenet aspersionem sub puella dum haec in eo micterit.

Ecce sponsa Sátanae. Dóminus Inferi in médio ejus est. Flúminis ímpetus laetíficat vivos et mórtuos.

Micturio quo finito, puella aspersionem Celebranti dat, qui eum ante Satanam in altum elevat.

Dómine Sátanas, torrénate voluptátis Tuae potábis eos. Quóniam apud te est fons vitae; et in lúmine tuo vidébimus lumen. Dóminus Sátanas corda nostra mundet infúsió; et sui roris íntima aspersione foecúndet.

Nunc Celebrans redonat aspersionem acolytae puellae, et ea tenens, aspergilum in urinam eius submittit.

Qui sitit, véniat; et qui vult, accípiat aquam vitae.

Aspergit populo, dicens:

Ÿ: Ego vos benedíco in nómine Sátanae.

Ŗ: *Ave Sátanas.*



¶ OSCULUM INFAME

Cum Diaboli facio Pactum Aeternum. Satanae do animam meam. Nego creatorem caeli et terræ, nego baptisma, nego adorationem Deo a me præstari solitam, tibi adhæreo, in te credo.

Nunc osculantur Capra.

Pax Diaboli sit semper vobiscum.

Et cum spírítu tuo.



¶ SATANICUM BAPTISMA

N. (Satanas, Lilith) ego te baptizo in nómine Sátanae et Luciféri et Spírítus Serpénti. Amen.

¶ UNGUENTUM SABBATI

Missa Chrismatis

Mittens enim hæc unguentum sabbati hoc in corpus meum, ad fornicandum me fecit.

Ave oleum Daemonum, ave Satanicum Chrisma.

Intincto pollice in oleo satanico in modum crucis inversis ungit familiarum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formae in hunc modum:

Ad oculos.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per visum fruéris.
Amen.

Ad aures.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per auditum fruéris.
Amen.

Ad nares.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per odorátum fruéris. Amen.

Ad os.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per gustum fruéris.
Amen.

Ad manus.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per tactum fruéris.
Amen.

Ad pedes.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per gressum fruéris. Amen.

Ad ubera.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per ubera fruéris. Amen.

Ad lumbos.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per lumbórum delectatióem fruéris. Amen.

Ad totum corpus.

Per istam inférnam Unctiónem + et suam diabólicam voluptátem, laetíficet tibi Sátanus quidquid per corpus fruéris. Amen.



CONSECRATIO

ELEVATIO

Celebrans accipit ambabus manibus hostiam, et profunde inclinatus super eam, dicit:

HOC EST CORPUS JESU CHRISTI



☞ Tunc elevat hostiam, ponit eam inter ubera Altaris, postea tangit eam ad vaginam Altaris. Semel pulsatur campanula. Celebrans reponit hostiam in patena, et accipiens calicem, profunde se inclinans super eum dicit:

HIC EST CALIX VOLUPTATIS CARNIS



☞ Elevat in altum calicem, ostendit populo. Semel pulsatur campanula. Thuriferarius ter incensat, tunc calix reponitur.

¶ **Missa pro Defunctis, Contra Persecutores Ecclesiae Satanae**

Satanas, cui proprium est ulcisci semper per legem talionis, te supplices exoramus pro anima inimici tui christiani N. (inimicae tuae christianae N.) quam hodie de hoc saeculo migrare iussisti, ut tradas eam in manus daemonae, et obliviscaris in finem.



Jungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit.

Requiem aeternam dona eis, Domine Satanas. Per eundem Satanan Dominum nostrum. Amen.

Orémus. In fera institutióne formáti, audémus dícere:

Ÿ/Ŕ: Pater Noster, Qui es in Inferis, Sanctificétur nomen Tuum; Advéniat regnum Tuum; Fiat volúntas Tua, sicut in Infero et in Terra; Lucem nostrum quotidiánum da nobis hódie; Emítte spíritum Tuum et renovábis fáciem terrae; Líbera nos ad luxúriam; Líbera nos ad ubertátem domus Tuae; Sicut in die ambulémus; Comédite pínguia et bíbite mulsum; Fornicémur; Adquae ut fervéntius corda nostra praeparéntur, flammis adúre Tuae caritátis, Dómine Sátanas.

Ego sum radix et genus Luciféri, stella spléndida et matutína. Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a generatió nibus meis implémini. Ténebrae conculcábunt me, et nox illuminátió mea in delíciis meis.

Ŕ: Quia ténebrae non obscurabúntur, et nox sicut dies illuminábitur.

Ÿ: Grátias agámus Dómino Infero Deo Nostro.

Ŕ: Dignum et justum est.

Celebrans elevat manus super oblata cum dicit:

Vere dignum et justum est, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine Sátanas, Rex Inferus, Imperátor Mundi. Omnes exércitus ínferi te láudant cum quibus et nostras voces ut admítteri júbeas deprecámur, dicéntes:

Celebrans se inclinans, dicit:

Salve, Salve, Salve,

 *Ter pulsatur campanula.*

Dóminus Sátanas Deus Poténtiae. Pleni sunt terra et ínferi glória Tua. Hosánna in profúndis.

¶ **Missa pro Festo Satanae**

Invocatio nati Satanae, nocte Satanasmus (vel Candelmas, Lilithmas, Lammas, Aequinoctium, Solstitium, Luna Nova, Luna Plena, Dies Veneris XIII, et alia). Satanae est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Quia ipse super maria flamae fundavit eum: et super flumina ignis praeparavit eum. Quis ascendit in montem Azazelis: aut quis stabit in loco infero eius? Avarus manibus et lascivus corde, qui Satanae dedit animam suam, et cum Diaboli fecit pactum aeternum. Hic accipiet benedictionem a Satana, et misericordiam a Lucifer salvatore suo. Haec est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem Dominum Infernum. Adtollite portas, principes vestras, et elevamini, portae infernas: et introibit Rex Infernus. Quis est iste Rex Infernae? Satanas fortis et potens: Satanas potens in proelio. Adtollite portas, principes vestras, et elevamini, portae infernas: et introibit Rex Mundi. Quis est iste Rex Infernae? Dominus Legionarum Infernae, ipse est Rex Infernae.



REPUDIATIO

Ecce corpus Jesu Christi, dōminus humīlium et rex servōrum.

Celebrans elevat hostiam ante imaginem Satanae, deinde tangit per eam ubera Altaris, et breviter inserit eam in vaginam Altaris, dicens:

Beātus venter qui te portāvit et ūbera quae suxīsti.

Celebrans tunc prosequitur Repudiationem, elevans hostiam ut prius:

Jesu Christe, dōminus humīlium et rex servōrum, univērsi qui te expēctant confundēntur. Absque synagōgis faciēnt vos et timēbis a timōre noctūrno. Non dormiētis et glādius transībit tēminos vestros. Fīlii hōminum in tēgmine alārum tuārum, Dōmine Sātanas, sperābunt.

℞: Dōmine Sātanas, salvos fac servos tuos.

Frangit per medium hostiam, ponitque partem alteram in finem penis, et alteram partem in vaginam, dicens:

Liberābo eum ad āspidem et basilīscum, ad leōnem et dracōnem, ad omne peccātum, ad subitāneam et improvīsam mortem, ad fulgur et tempestātem, ad flagēllum terraemōtus, ad pestem, famem et bellum, ad mortem perpētuum, ad iram Sātanae.

¶ LITANIAE DAEMONORUM

Asmodeus, te invocamus.
Asmodeus, te rogamus, audi nos.
Asmodeus, te rogamus, adjuva nos.
Asmodeus, ora pro nobis.

Astaroth, te invocamus.
Astaroth, te rogamus, audi nos.
Astaroth, te rogamus, adjuva nos.
Astaroth, ora pro nobis.

Azazel, te invocamus.
Azazel, te rogamus, audi nos.
Azazel, te rogamus, adjuva nos.
Azazel, ora pro nobis.

Beelzebub, te invocamus.
Beelzebub, te rogamus, audi nos.
Beelzebub, te rogamus, adjuva nos.
Beelzebub, ora pro nobis.

Leviathan, te invocamus.
Leviathan, te rogamus, audi nos.
Leviathan, te rogamus, adjuva nos.
Leviathan, ora pro nobis.

Belial, te invocamus.
Belial, te rogamus, audi nos.
Belial, te rogamus, adjuva nos.
Belial, ora pro nobis.

Spíritus Serpenti, te invocamus.
Spíritus Serpenti, te rogamus, audi nos.
Spíritus Serpenti, te rogamus, adjuva nos.
Spíritus Serpenti, ora pro nobis.

Lucifer, te invocamus.
Lucifer, te rogamus, audi nos.
Lucifer, te rogamus, adjuva nos.
Lucifer, ora pro nobis.

Satanas, te invocamus.
Satanas, te rogamus, audi nos.
Satanas, te rogamus, adjuva nos.
Satanas, ora pro nobis.

Lilith, te invocamus.
Lilith, te rogamus, audi nos.
Lilith, te rogamus, adjuva nos.
Lilith, ora pro nobis.

¶ Missa pro Incubo et Succubo

Primo sponsam interroget:

N. (Lilith) Vis accíperere N. (Satanas) hic præséntem in tuum Incubum juxta ritum infernae Missae Nigrae?

Respondeat sponsa:

Volo.

Mox sponsum interroget:

N. (Satanas) Vis accíperere N. (Lilith) hic præséntem in tuam Succubum juxta ritum infernae Missae Nigrae?

Respondeat sponsus:

Volo.

Ego conjúngo vos in delectationem infernam. In nómine Satanae, et Luciferi, et Spíritus Serpenti. Amen.

Eos aspergat aqua diaboli. Presentat Calicem, Sponsus et Sponsa bibunt vinum sabbati. Tunc praesentantur duae partes Hostiae, Sponsus et Sponsa quisque partem accipiunt, et postea eam in calicem expuunt.

Potes osculare et gustare Incubum tuum.

Potes osculare et gustare Succubum tuum.

Dóminus Sátanas dicit: In comessatióibus et ebrietátibus resúrgam. Desidéria carnis perficiétis. Manífesta sunt autem ópera carnis, quae sunt fornicátio, impudicítia, luxúria, venefícia, ebrietátes et comessatiónes.

Caro mea vere est cibus.

Ṙ: Caro mea vere est cibus.

Ṛ: Adorémus Te, Dómine Sátanas, et benedícimus tibi, quia per spermam tuam redemísti mundum.

Ṙ: Revelábitur glória Dómini, et vidébit omnis caro salutáre Dei nostri Sátanae.

Incubi summittunt in uteros semen plurimum, crassissimum, calidissimum, spiritibus affluens. Homines abundantes multo semine, quibus succumbant, et mulieres tales, quibus incumbant, utrisque voluptatem solito majorem afferendo, tanto enim abundantius emittitur semen, quanto cum majori voluptate excernitur. Ex haec commixtione cum Dæmone nasciturum esse Romulum ac Remum, Neronem Cæsarem Imperatorem, et Antichristum, genus Satanae.

Ÿ: Fornicémur ad glóriam Dómini Sátanae.

Cálicem voluptátis carnis accípiam et nomen Dómini Inferi invocábo.

Ecce calix voluptátis carnis qui laetítiam vitae donat.

Accipe cálicem voluptátis carnis in nómine Dómini Inferi.

Hostiam e calice inserit in vaginam Altaris.

COMMUNIO

Corpus Domini nostri Satanae custodiat intimam tuam in delectationem infernam. Ámen.



Celebrans inserit penem in vaginam Altaris. Populus nunc fornicatur.

Pleni sunt terra et ínferi majestátis glóriæ Tuæ.

Ŗ: Tuére nos, Dómine Sátanas.

Ÿ: Protége nos, Dómine Sátanas, Tuis mystériis serviétes.

Ŗ: Dóminus Sátanas dabit benignitátem et terra nostra dabit fructum suum.

¶ Ave Lilith

Áve Lilith, semen Serpénti pléna, Sátanas técum. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus frúctus véntris túi, Daemónum. Sedúctrix Lilith, Máter Succubárum, óra pro nobis tuis servéntibus, nunc et in hóra Fornicatiónis nóstrae. Ámen.

Áve, Sátanas.

Ÿ: Pláceat tibi, Dómine Sátanas, obséquium servitútis meae; et praesta ut sacrificium quod óculis Tuae majestátis dignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque et ómnibus pro quibus illud óbtuli, sit propitiábile.

CONCLUSIO

Cum omnia satis bibunt, reponit Calicem, coopertum Patena et Velo. Celebrans inclinat se ante medium Altaris, tunc vertit se ad populum, extensa manu sinistra in signo cornorum, dicens:

Fratres et soróres, debitóres sumus carni et secúndum carnem vivámus. Ego vos benedíco in Nómine Magni Dei Nostri Sátanae.

Ŗ: Ave, Sátanas.

Ÿ: Ite, missa est.


SACRAMENTUM ET EXSECRAMENTUM SATANAE

Per hanc illecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen quod membris suis permixtum tenebant, ubi ad excipiendum et commiscendum concumbentium semen farina substernitur.

**Festum Fatuorum et Asinorum
Incubus et Succubus**



CATECHISMUS



SEX SEX SEX

Indulgentia

1209

In nomine summe et individue vanitatis.

Surianus, diutina fatuorum favente demencia per Austriam, Stiriam, Bawariam et Moraviam presul et archiprimas vagorum scolarium, omnibus eiusdem secte professoribus, sociis et successoribus universis fame, siti, frigore, nuditate perpetuo laborare.

Quia cruda simplicitate et inertii stulticia impellente nos nostri prepositi nondum piget, inmo eadem mens est, ut bona summa putemus aliena vivere quadra mobiles et instabiles more hyrundinum victum per aera queritantium ac et illac, quocumque inconstantis, mutabilis et mirabilis animi nostri levitas nos inpegerit, tamquam folium, quod a vento rapitur, et quasi scintille in arundineti infatigabiliter fatigati discurremus et interdum iuxta rigorem inordinati nostri ordinis ludibria et verbera experti, qualia nec Sarmentis iniquas Cesaris ad mensas vel vilis Galba tulisset, egentes, angustiati, afflicti, fame prodigi, fame sitique tabidi, frigore tremuli, gelu rigidi, rictu tumidi, habitu miseri, vestiti lintheolo super nudo, uno semper pede nudo, a domibus laycorum expulsi, ab hostiis clericorum sepe repulsi utpote vespertilioes, quibus nec inter quadrupedia nec inter volatilia locus datur, stipem tamen, tamquam in diebus rogationum nati, semper rogare cogimur alienam: dignum est, ut et nos quandoque iustis petencium desideriis favorabiliter annuamus.

Ea propter vestre indiscretae indiscretioni notum esse volumus per presentes, quod nos inclinati precibus venerabilis in Christo fratris Sighardi, ecclesie sci...pti per Austriam archidiaconi, recognoscentes beneficia, que nobis in eadem ecclesia pene a cunis usque ad canos liberaliter sunt impensa, ipsam ecclesiam cum suis officialibus eximimus ab exactione, inmo pocius vexatione, qua eos tam in festo patroni quam dedicationis, quin inmo per circulum anni indebite vexabamus, de nostra libera liberalitate, voluntate quoque et conniventia cathedralium sociorum, contradictores ab ingressu taberne perpetuo suspendentes.

Nulli ergo claustrali secularive persone nostrum inordinatum ordinem professe liceat hanc nostre donacionis exemptionisve paginam temerare vel eciam ei ausu temerario contraire, si nostram irrationabilem, fatuam et indiscretam effugere voluerit ulcionem.

Acta sunt hec anno Domini MCCIX presidente sacrosancte sedi Romane Innocentio III. anno pontificatus sui XI., inperante serenissimo Romanorum inperatore Hanrico, principatum vero Austrie gerente piissimo et illustrissimo duce Leupoldo, pontificatus nostri anno ultimo.

Datum sub divo per manum protonotarii nostri spiritus, sigillis nostris, proprio videlicet et universitatis, appensis, testibus quoque fideliter subnotatis.

Evangelium Secundum Marcas Argenti

1200

Initium sancti evangelii secundum marcas argenti. In illo tempore dixit Papa Romanis: "Cum venerit filius hominis ad sedem maiestatis nostre, primum dicite: "Amice, ad quid venisti?" At ille si perseverarit pulsans, nil dans vobis, eicite in tenebras exteriores".

Factum est autem ut quidam pauper clericus veniret ad curiam domini pape, et exclamavit dicens: "Miseremini mei saltem, vos, hostiarii papae, quia manus paupertatis tetigit me. Ego vero egenus et pauper sum, ideo peto ut subveniatis calamitati et miseriae meae".

Illi autem audientes indignati sunt valde et dixerunt: "Amice, paupertas tua tecum sit in perditione. Vade retro, Sathanas, quia non sapis ea quae sapiunt nummi. Amen, amen, dico tibi: Non intrabis in gaudium domini tui, donec dederis novissimum quadrantem".

Pauper vero abiit et vendidit pallium et tunicam et universa quae habuit et dedit cardinalibus et hostiariis et camerariis.

At illi dixerunt: "Et hoc, quid est inter tantos?" Et eiecerunt eum ante fores, et egressus foras flevit amare et non habens consolationem.

Postea venit ad curiam quidam clericus dives, incrassatus, inpinguatus, dilatatus, qui propter seditionem fecerat homicidium. Hic primo dedit hostiario, secundo camerario, tertio cardinalibus. At illi arbitrati sunt inter eos quod essent plus accepturi.

Audiens autem dominus papa cardinales et ministros plurima dona a clerico accepisse, infirmatus est usque ad mortem. Dives vero misit sibi electuarium aureum et argenteum et statim sanatus est.

Tunc dominus papa ad se vocavit cardinales et ministros et dixit eis: "Fratres, videte ne aliquis vos seducat inanibus verbis! Exemplum enim do vobis, ut quemadmodum ego capio, ita et vos capiatis".

Officium Lusorum

1200

I.

Introitus:

Lugeamus omnes in Decio, diem mestum deplorantes pro dolore omnium lusorum: de quorum nuditate gaudent Decii et collaudant filium Bacchi.

Versus:

Maledicant Decio in omni tempore; semper fraus eius in ore meo.

II.

Fraus vobis!

Tibi leccatori!

III.

Oratio:

Ornemus! Deus, qui nos concedis trium Deciorum maleficia colere: da nobis in eterna tristitia de eorum societate lugere. Per

IV.

Epistola:

Lectio actuum apopholorum. In diebus illis multitudinis ludentium erat cor unum et tunica nulla, et hiems erat, et iactabant vestimenta secus pedes accomodantis, qui vocabatur Landrus. Landrus autem erat plenus pecunia et fenore et faciebat damna magna in loculis accomodans singulis, prout cuiusque vestimenta valebant.

V.

Graduale:

Iacta cogitatum tuum in Decio, et ipse te destruet.

Versus:

Dum clamarem ad Decium, exaudivit vocem meam et eripuit vestem meam a lusoribus iniquis.

VI.

Alleluia.

Versus:

Mirabilis vita et laudabilis nichil.

VII.

Sequentia:

Victime novali zynke ses
immolent Deciani.
Ses zinke abstraxit vestes,
equum, cappam et pelles
abstraxit confestim
a possessore.
Mors et sortita duello
confluxere mirando,
tandem tres Decii
vicerunt illum.
Nunc clamat: "O Fortuna,
quid fecisti pessima?
Vestitum cito nudasti
et divitem egeno coequasti.
Per tres falsos testes
abstraxisti vestes.
Ses zinke surgant, spes mea!
Precedant cito in tabulea!"
Credendum est
magis soli
ses zinke quatter veraci
quam dri tus es
ictu fallaci.
Scimus istos
abstraxisse
vestes lusoribus vere.
Tu nobis victor
ses, miserere!

VIII.

Evangelium:

Sequentia falsi evangelii secundum marcam argenti. Fraus tibi Decie! Cum sero esset una gens lusorum, venit Decius in medio eorum et dixit: "Fraus vobis! Nolite cessare ludere. Pro dolore enim vestro missus sum ad vos." Primas autem, qui dicitur Vilissimus, non erat cum eis, quando venit Decius. Dixerunt autem alii discipuli: "Vidimus Decium." Qui dixit eis: "Nisi mittam os meum in locum peccarii, ut bibam, non credam." Primas autem, qui dicitur Vilissimus, iactabat decem, alius duodecim, tertius vero quinque. Et qui quinque proiecerat, exhaustit bursam et nudus ab aliis se abscondit.

IX.

Offertorium:

Loculum humilem salvum facies, Decie, et oculos lusorum erue, Decie.

X.

Humiliate vos, avari, ad maledictionem!

XI.

Oratio:

Ornemus! Effunde, domine, iram tuam super avaros et tenaces, qui iuxta culum ferunt sacculum, et cum habuerint denarium, reponunt eum inclusum, donec vertatur in augmentum et germinet centum. Pereat! Hic est frater pravitatis, filius iniquitatis, fixura scamni, genus nescitandi, visinat amare, quando timet nummum dare. Pereat! Quod ille eis maledictionem prestare dignetur, qui Zacheo benedictionem tribuit et diviti avaro guttam aque denegavit. Amen.

XII.

Et maledictio dei patris omnipotentis descendat super eos!

XIII.

Communio:

Mirabantur omnes inter se, quod Decius abstraxerat cuilibet vestes.

Omnipotens sempiternus deus, qui inter rusticos et clericos magnam discordiam seminasti, presta, quesumus, de laboribus eorum vivere, de mulieribus ipsorum uti et de morte dictorum semper gaudere.

Missa Potatorum

1400

Incipit missa potatorum.

Confitemini deo Bacho quoniam bonus, quoniam in ciphis et amphoris est potacio eius. Et ego reus et indignus potator peccavi nimis in vita mea, potando, ludendo, decimum non dando, filium dei periurando, vestimenta mea perdendo. Mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor vos fratres potatores ut bibatis pro me potatore, ad Dolium Deumque Bachum, ut misereatur mei.

Misereatur tui mellipotens Bachus, et ducat te in bonam tabernam, et faciat perdere vestimenta tua, et liberet te ab oculis et dentibus, et pedibus et manibus, et idem Bachus qui est afflictio spiritus, qui bibit et potat, ducat te ab patibulum. Stramen.

Introitus.

Lugeamus omnes in Dolio, diem mestum ululantes sub erorem Decii, de cuius iactacione plagunt miseri et periurant filium Dei.

Versus.

Beati qui habitant in tabernacula tua, Bache,
In pocula poculorum laudabunt te.
Gloriae nullae sint michi
Dum in bursa nihil habui.
Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo.

Potemus ciphum plenum.

Collecta.

Qui tres quadratos decios sexaginta tribus oculis ornasti, presta, quesumus, ut omnes qui vestimentorum suorum pondere graventur, quadrati Decii de iactacione denudentur, per Dolium nostrum ciphum et Bachum, qui tecum bibit et sternit per omnia pocula poculorum. Stramen.

Epistola.

Lectio actuum potatorum beati Bachi ad ebrios. In diebus illis multitudo potatorum erat in taberna, quorum corpora nuda, tunicae autem nullae, nec omnium illorum quicumque assidebant, suum aliquid esse dicebant, sed erant illis communia. Et qui differebat premia, faciebat et prelia ante conspectum potatorum. Et erat quidam claudus nomine Trijmbir, lectorum pessimus. In poculo orationem dabat lusoribus et potatoribus ad ludendum prout vestes valebant.

Graduale.

Iacta cogitatum Decio, et te decipiat, faciatque te perdere omnia vestimenta tua. A Dolio factum est istud, et mirabile in bursis nostris, ideoque raro salvi erimus.

Allelujua.

Rorate ciphi desuper, et terra pluat mustum, et germinet potacionem. Alleluia.

Sequencia.

Vinum bonum cum sapore
Bibit abbas cum priore
Et conventus de peiore
Bibit cum tristitia.
Ave felix creatura
Quam produxit vitis pura.
Omnis mens pro te segura
Stat in vini poculo.
O quam felix in colore!
O quam placens es in ore!
Dulce quoque in sapore,
Dulce lingue vinculum.
Felix venter quem nutrabis,
Felix lingua quam lavabis
Et beata Madefala
O te Bache labia.
Supplicamus: hic abunda;
Omnis turba sit fecunda.
Sit cum voce non iucunda
Personemus gaudia.
Monachorum grex devotus,
Cleris omnis, raro totus,
Bibunt ad aequatos potus
Et nunc et in secula.
Dolus vobiscum. Ut superius.

Evangelium.

Sequencia falsi evangelii secundum Bachum.

O fraus tibi, rustice.

In illo turbine: Potatores loquebantur ad invicem: "Transeamus usque ad tabernam ut videamus si verum sit quod dictum est de pleno Dolio." Et venerunt festinantes et invenerunt tabernarium ante ostium sedentem, ac mensam paratam, et tres talos in disco. Videntes autem Bachum, cognoverunt quod dictum fuerat de Decio illo. Tebernaria autem cogitat in corde suo quantum vestes illorum valebant. Potatores stupefacti sunt valde, et diviserunt vestimenta sua. Et reversi sunt potatores in regionem suam, glorificantes Bachum et maledicentes Decium.

Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo.

Potemus.

Offertorium.

O Bache fortissime, potatores deus, qui de sapientibus stultos facis, ac de bonis malos, veni ad inebriandum nos, iam noli tardare.

Praefacio.

Per omnia pocula poculorum. Stramen.

Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo.

Rursum corda habemus ad Bachum.

Gratias agamus deo Bacho. Merum et mustum est.

Nos igitur debemus gratias agere, et in taberna bonum vinum bibere, laudare, benedicere et predicare, quod fodiant miseri rustici, quod bibunt reverendi domini clerici, quod frequenter petunt, pro quod magna prelia veniunt in populo, pro quod sicientes potant, pro quod clamant rustici, pro quod letantur miseri, pro quod psallant clerici, qui non cessant clamare quotidie, cum inebriati fuerint, una voce dicentes:

Sanctus quantus, sanctus quantus, dominus Bachus. Pleni sunt cippi et mensa gloria tua. Osianna in excelsis. Maledictus qui bibit quod vestes suo amittit. O ve, ve, clamat in excelsis.

Per omnia pocula poculorum. Stramen.

Ploremus. Preceptis domini hospitis movemur ut de vino bono audemus bibere. Pater Bache qui es in ciphis, multiplicetur vinum tuum. Fiat tempestas tua sicut in Decio et in taberna. Vinum bonum ad bibendum da nobis hodie, et dimitte nobis pocula nostra sicut et nos dimittimus potatoribus nostris. Et ne nos inducas in sobrietatem, sed libera nos a vomitu. Stramen.

Per omnia pocula poculorum. Stramen.

Fraus, O rustici, sit semper vobiscum.

Et cum gemitu tuo.

Agnus Bachi qui tollis pignora nostra, da potacionem nobis.

Agnus Bachi qui tollis pignora nostra, da potacionem nobis.

Agnus Bachi qui habes gaudia mundi, dona nobis potum.

Communio.

Venite filii Bachi, percipite maerum, quod vobis paratum est ab origini vitis.

Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo.

Potemus.

Collecta.

Deus qui perpetuam discordiam inter rusticos et clericos seminasti, qui multitudinem rusticorum ad servicium clericorum et dominorum percepisti, da nobis, queso, domine, de laboribus rusticorum laute vivere et illorum uxoribus et filiabus honeste uti, et semper de eorum mortalitate gaudere. Per dolium nostrum verumque Bachum qui tecum bibit et sternit per omnia pocula poculorum. Stramen.

Dolus vobiscum.

Et cum gemitu tuo.

Rogemus pro vineis et illorum cultoribus, pro plenis Doliis et non pro vacuis, pro cunctis potatoribus et vivis et defunctis. Stramen.

Indulgenciam omnium, numerorum dissolucionem membrorum, amissionem omnium vestimentorum, membrorum corruptionem, ac aliorum bonorum prodicionem mittat vobis miser ac discors Bachus.

Ita, mensa musto vinoque plena.

Deo Bacho triplex correpta.

Et maledictio patris Bachi ut filiorum eius et spiritus corrupti descendat per os in membra vestra et pocula poculorum.

Stramen.



Missa Potatorum

1400

Incipit missa potatorum.

Confitemini Bacho, quoniam in scyphis et in cantris potatio eius. Et ego reus et indignus leccator.

Confiteor

Confiteor reo Bacho et omnibus cantris eius et vobis potatoribus quod ego potator potavi nimis in vita mea potando, sedendo, decios iactando, filium Dei periurando, vestimenta perludendo; mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor vos, fratres potatores, ut bibatis pro me potatore ad dolium reumque Bachum, ut misereatur mei potatoris.

Socii respondent

Misereatur tui, vinipotens Bachus, si vult, et ducat te in bonam tabernam et faciat te perdere vestimenta tua. Liberet te ab oculis et dentibus manibus et pedibus maledictus Decius, qui est afflictio spiritus, qui bibit et cantat... per omnia pocula poculorum.

R. Stramen.

Indigentiam dissolutorum, delusorum, perditorum et abstractorum omnium vestimentorum tuorum; perseverantiam in vanis operibus tribuat tibi bellipotens Bachus, miser et discors Decius.

R. Stramen.

Ad doleum nostrum in nomine Bachi qui fecit Bachum.

Introitus

Lugeamus omnes in doleo diem mestum ululantes sub errore quadrati Decii, de cuius iactatione plangunt miseri et periurant filium Dei.

Versus

Beati qui habitant in taberna tua, Bache; in pocula poculorum laudabunt te.
Gloria nulla fuit michi, cum habui in bursa nichil.
Griss, griss, hassart, heselin, schantz, etc.

V. Dolus vobiscum.

R. Et cum gemitu tuo.

Potemus.

Oratio

Deus, qui tres quadratos decios sexaginta tribus oculis remunerasti, presta quesumus, ut omnes qui vestimentorum suorum pondere gravantur ipsorum Deciorum iactatione denudentur; per doleum nostrum ciphumque Bachum, qui tecum bibit et cantat per pocula poculorum.

Stramen.

Epistola

Lectio Actuum potatorum ad Ebrios.

Fratres: in diebus illis multitudo autem potatorum erat in taberna, quorum corpora nuda, tunice autem nulle. Nec enim quisquis illorum aliquid possidebat quod suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Et qui ferebant pecuniam, deferebant in ante conspectum potatorum. Et erat claudus nomine Drintkroz, leccator pessimus. Hic autem faciebat lucra magna in Decio et dampna multa in populo. Racionem dabat potatoribus ad ludendum et ad bibendum, prout vestes eorum valebant.

Graduale

R. Jacta cogitatimi tuum in Decio et ipse te decipiet.

V. A doleo factum est istud; et est mirabile in bursis meis.

Allecia

In cantro et in scypho dum inebriarer, potavi, et Decinus expoliavit me. Allecia.

Sequentia

Vinum bonum et suave
bibit abbas cum priore;
et conventus de peiore
bibit cum tristitia.

Ave, felix creatura,
quam produxit vitis pura;
omnis mensa fit segura
in tua presentia.

Felix venter quem intrabis,
felix os quod tu rigabis,
felix lingua quam lavabis,
et beata labia.

O quam felix in colore,
o quam fragrans in odore,
o quam placens es in ore,
dulce lingue vinculum!

Supplicamus, hic abunda,
omnis turba sit facunda,
ut cum voce nos iocunda
personemus gaudia.

Monachorum grex devotus,
clerus omnis, mundus totus,
bibunt adequales potus
et nunc et in secula.

Evangelium

V. Dolus vobiscum.

R. Et cum gemitu tuo.

Sequentia falsi Evangelii secundum Bachum.

Fraus tibi, Rustice.

In illo turbine potatores loquebantur ad invicem dicentes: Transeamus usque ad tabernam et videamus hoc verbum, si verum sit quod dominus hospes dixit de pleno doleo isto. Intrans autem tabernam festinantes invenerunt tabernarium ad hostium sedentem; mensam paratam et tres talos positos in disco. Bibentes autem Bachum cognoverunt et viderunt quod verum erat quod dictum fuerat de doleo isto. Tabernaria autem cogitabat in corde suo quantum valerent vestes illorum. Stupefacti sunt valde: diviserunt vestimenta sua. Reversi sunt potatores glorificantes Bachum et laudantes et Decium maledicentes per evangelica dicta: Der also felt, der lit da.

Offertorium

V. Dolus vobiscum.

R. Et cum getnitu tuo.

O Bache fortissime, potatores theos, quoniam de sapientibus stultos facis et bonis malos, veni ad inebriandum nos. Iam noli tardare.

Prefatio

Per omnia pocula poculorum.

R. Stramen.

V. Dolus vobiscum.

R. Et cum gemitu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Decium.

V. Gratias agamus domino reo Bacho.

R. Merum et mustum est.

Vere merum et mustum est potens nos bene satiare. Nos igitur debemus gratias agere et in taberna bonum vinum laudare, benedicere et predicare. Quod fodiunt miseri rustici, quod bibunt nobiles domini et clerici, quod venerantur devoti presbiteri; per quod magna prelia veniunt; per quod sitientes potantur; per quod vita hominis restituitur sanitati; per quod ludunt miseri; per quod cantant clerici, qui non cessant clamare cotidie cum inebriati fuerint, una voce dicentes:

Quantus, quantus, quantus Dominus Bachus Habaoth. Pleni sunt scyphi in mensa gloria tua. Osanna in excelsis. Maledictus qui non bibit, qui vestes amittit nec osanna clamat in excelsis.

Per omnia pocula poculorum.

R. Stramen.

Potemus.

Preceptis domini hospitis moniti et de bono vino potati audemus dicere.

Pater Bachi qui es in scyphis, bene potetur vinum bonum, adveniat regnum tuum; fiat tempestas tua, sicut in Decio et in taberna. Bonum vinum ad bibendum da nobis hodie et dimitte nobis pocula nostra, sicut et nos dimittimus potatores nostris, et ne nos inducas in lucratores, sed libera rusticos a bono.

Stramen.

Per omnia pocula poculorum.

R. Stramen.

Fraus rustici sit semper vobiscum.

R. Et cum gemitu tuo.

Hospes Bachi, qui tollis sobrietatem mundi, da potare nobis.

Hospes vini, qui habes gaudia mundi, da potare nobis.

Hospes bone, qui tollis pignora nostra, dona nobis potum.

Communio

Venite, filii Bachi, percipite merum, quod vobis paratum est ab origine vitis.

V. Dolus vobiscum.

R. Et cum gemitu tuo.

Potemus. Deus qui perpetuam discordiam inter clericum et rusticum seminasti, et rusticorum multitudinem ad servicium dominorum venire percepisti; da nobis quesumus semper et ubique de eorum laboribus vivere et eorum uxoribus et filiabus uti et semper de eorum mortalitate gaudere, per doleum nostrum reumque Bachum qui tecum bibit et cantat per omnia pocula poculorum.

Stramen.

V. Dolus vobiscum.

R. Et cum gemitu tuo.

Ite, potandi tempus est.

R. Bache gratias etc.

Oratio

O liquor optime, qui suavis es ad potandum, tu facis ex laico clericum et ex rustico asinum, et ex monacho abbatem. Veni ad inebriandum me et iam noli tardare etc.

Missa de Potatoribus

1500

Incipit Missa de potatoribus.

Versiculus. Introibo ad altare Bachi.

Responsum. Ad eum qui letificat cor hominis.

Confiteor reo Bacho omnepotanti, et reo vino coloris rubei, et omnibus ciphis ejus, et vobis potatoribus, me nimis gulose potasse per nimiam nauseam rei Bachi dei mei potatione, sternutatione, ocitatione maxima, mea crupa, mea maxima crupa. Ideo precor beatissimum Bachum, et omnes ciphos ejus, et vos fratres potatores, ut potetis pro me ad dominum reum Bachum, ut misereatur mei. Misereatur vestri ciphipotens Bachus, et permittat vos perdere omnia vestimenta vestra, et perducatur ad majorem tabernam, qui bibit et potat per omnia pocula poculorum, Stramen. Crapulanciam et absorbtionem et perditionem omnium vestimentorum vestrorum tribuat vobis ciphipotens Bachus, per talem decium dominum nostrum, Stramen. Deus tuus conversus letificabis nos. Et plebs tua potabitur in te. Ostende nobis, domine, letitiam tuam. Et perditionem vestimentorum da nobis. Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo, Potemus.

Oratio.

Aufer a nobis quesumus, Bache, cuncta vestimenta nostra, ut ad taberna poculorum nudis corporibus mereamur introire per omnia pocula poculorum, Stramen.

Introitus.

Lugeamus omnes in decio, diem mestum deplorantes sub honore quadrati decii, de cujus jactatione plangunt miseri et perjurant filium dei.

V. Beati qui habitant in taberna tua, Bache, et meditabitur ibi die ac nocte.

V. Gloria potori et filio Londri. Asiot, Ambisasiot, treisasiot, quinsiot, quinsasiot, sinasiot, quernisiot, quernisasiot, deusasiot.

V. Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo. Potemus.

Oratio.

Deus qui multitudinem rusticorum ad servitium clericorum venire fecisti et militum, et inter nos et ipsos discordiam seminasti, da nobis quesumus de eorum laboribus vivere, et eorum uxoribus uti, et de mortificatione eorum gaudere, per dominum nostrum reum Bachum, qui bibit et poculat per omnia pocula poculorum. Stramen.

Lectio actuum apopholorum.

In diebus nullis, multitudinis bibentium erat cor unum et omnia communia, nec quisquam eorum quod possidebat suum esse dicebat. Sed qui vendebat spolia, afferebat ante pedes potatorum, et erant illis omnia communia. Et erat quidam Londrus nomine, pessimus potator, qui accommodabat potatoribus ad ludum prout vestis valebat. Et sic faciebat lucra et dampna e poculo. Et eicientes eum extra tabernam lapidabant. Dejectio autem fiebat vestimentorum ejus, et dividebatur potatio unicuique prout opus erat.

R. Jacta cogitatum tuum in decio, et ipse te destruet.

V. Ad dolium enim potatorem inebriavit me. Asiat, asiat.

V. Rorate ciphi desuper, et nubes pluant mustum, aperiatur terra et germinet potatorem. Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo. Frequentia falsi ewangelii secundum Bachum. Fraus tibi, rustice. In illo turbine.

Sequentia. Bachum.

In verno tempore, potatores loquebantur ad invicem, dicentes, Transeamus usque ad tabernam, et videamus hoc verbum quod dictum est de dolio hoc. Intrantes autem tabernam, invenerunt tabernariam et tres talos positos in disco. Gustantes autem de mero hoc, cognoverunt quia verum erat quod dictum fuerat illis de dolio hoc. Et omnes qui ibi aderant inebriati sunt de hiis quae data fuerant a potatoribus ad ipsos. Tabernaria autem

contemplabat vestes eorum, conferens in corde suo si valerent. Et denudati sunt potatores glorificantes Bachum, et maledicentes decium. Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo. Potemus.

Offertorium.

Ciphi evacuant copiam Bachi, et os potatorum nauseant usque ad fundamentum. Non cantatur sanctus, nec agnus dei, sed pax detur cum gladiis et fustibus. Pater noster qui es in ciphis, sanctificetur vinum istud. Adveniat Bachi potus, fiat tempestas tua sicut in vino et in taberna, panem nostrum ad devorandum da nobis hodie, et dimitte nobis pocula magna sicut et nos dimittimus potatoribus nostris, et ne nos induces in vini temptationem, sed libera nos a vestimento.

Collecta.

Gaudent animae potatorum, qui Bachi vestigia sunt secuti, et quia pro ejus amore vestes suas perdiderunt, imo cum Bacho in vini dolium. Dolus vobiscum. Et cum gemitu tuo. Potemus.

Oratio.

Deus, qui tres quadratos decios. . Ixa iijus. oculis illuminasti, tribue nobis quesumus, ut nos qui vestigia eorum sequimur, jactatione quadrati decii a nostris pannis exuamur. Per dominum. Dolus vobiscum, et cum gemitu tuo. Ite bursa vacua. Reo gratias.

Confitemini Dolio

1500

Sacerdos: Confitemini Dolio quoniam bonum.

Diaconus: Quoniam in taberna misericordia eius.

Sac: Confiteor Dolio, regi Baccho et omnibus schyphis eius a nobis acceptis, quia ego potator potavi nimis in stando, sedendo, videndo, vigilando, ludendo, et ad schyphum inclinando, vestimentaue mea perdendo: mea crapula, mea crapula, mea maxima crapula. Ideo precor vos, solemnes potatores et manducatores, devote orare pro me.

Diac: Misereatur vestri ventripotens Bacchus.

Sac: Et permittat te perdere omnia vestimenta et sensum, liberetque te ab oculis et dentibus tuis, et perducatur te ad plenam tabernam.

Diac: Stramen.

Sac: Adiutorium nostrum in nomine Dolii et Bacchi.

Diac: Qui fecit scyphum et tabernam.

Officium Missae

Sac: Lugeamus omnes in Dolio, diem maestum ululantes sub honore quadrato Decii, de cuius potatione gaudent miseri.

Psalmus

Diac: Beati qui habitant in domo Dolii: in pocula poculorum laudabunt te.

Sac: Ploremus. Ventripotens deus qui tres quadratos decios sexaginta tribus oculis mirabiliter illuminasti, concede propitius ut omnes qui vestimentorum suorum pondere pergravantur quadrati Decii iactatione liberentur, tu qui incessanter bibis et potas, per omnia pocula poculorum.

Diac: Stramen.

Epistolae Textus

Lectio libri paterae ad Ebrios

Sac: In diebus illis: dixit tabernarius ad potatores: "Omnes sitientes venite ad tabernas, et qui non habetis argentum, properate et vendite vestimenta vestra, ac date tabernario et vos habebitis thesaurum in schyphis, nam qui perdit in taberna vestimenta sua, in somnis inveniet ea."

Diac: Iactate cogitatum tuum in Decio et ipse te deducet ad Dolium. Cum inebriter clamavi et potus exaudivit me. Allernebria, allernebria.

Sac: Video tabernam apertam et scyphum positum a dextris Dolii.

Meum est propositum in taberna mori

Et vinum apponere sitiendi ori,

Ut dicant cum venerint angelorum chori:

"Deus sit propitius huic potatori."

Magis quam ecclesiam diligo tabernam:

Illam nullo tempore spreui neque spernam

Donec fratres grisei veniant Falernam,

Ut cantent cum ebriis requiem aeternam.

Potatores singuli semper sunt benigni,

Iam senes quam iuvenes adsedentes igni;

Crucientur rustici qui non sunt tam digni

Ut potare valeant vinum boni ligni.

Vini mirabilia nolo pertransire:

Vinum facit vetulas leviter salire

Et ditescit pauperes, claudos facit ire,

Mutos ad facundiam et surdos audire.

Vinum super omnia bonum eligamus,

Nam purgamus vitia cum vina potamus.

Dum vini sit copia fortiter bibamus;

In schyphorum gloriam te Deum laudamus.

Diac: Stramen.

Evangelium

Sac: Doleo vobiscum.

Diac: Et cum genitu tuo.

Sac: Frequentia falsati evangelii secundum Marcolfum.

Diac: Horreo vobis rustici.

Sac: In illo tempore: Potatores loquebantur ad invicem, dicentes: "Transeamus usque ad tabernam, et videamus si verum sit quod dictum est a Dolio illo." Et festinantes venerunt et invenerunt tabernam apertam ac mensam ornatam et Decios appositos super mensam. Cum autem intrassent, de claro cognoverunt verum esse quod dictum erat de Dolio. Et tabernarius cogitabat in corde suo eorum vestes nihil valere. Potatores vero diviserunt vestimenta sua, glorificantes Dolium et maledicentes Decios.

Diac: Decii pravitas.

Sac: Dolio vobiscum.

Diac: Et cum genitu tuo.

Sac: Ploremus.

Offertorium

O fortissime Bacche qui dulcis es in ore nostro et sapor vini ad inebriandum nos, dilexisti iniustitiam, et odisti sobrietatem, propterea te destruet Decius tuus. Allernebria, per omnia pocula poculorum.

Diac: Stramen.

Sac: Doleo vobiscum.

Diac: Et cum genitu tuo.

Sac: Sursum colla.

Diac: Habemus ad Dolium.

Sac: Gratias agamus Dolio et deo Baccho.

Diac: Vinum et mustum est.

Praefatio

Sac: Vinum et mustum iniquum est damnare Bacchoque iustum est gratias agere, qui est inferni ventripotens patronus per vinum et Dolium nostrum, qui propter vini donationem bibentibus clarus apparuit et, ipsis potantibus, est elevatus in schyphis, ut nos ebrietatis suae tribuerit participes. Et rideo cum miseris, nudis, miserrimisque potatoribus impietate ludentibus vinumque sine fine bibentibus:

Planctus, planctus, planctus, decies, Decius Astaroth. Pleni sunt schyphi et patera tua. Maledictus qui venit in nomine Decii, perditio quoque in Decii per omnia pocula poculorum.

Diac: Stramen.

Sac: Ploremus.

Oratio

Pater Bacche qui es in schyphis, sanctificetur bonum vinum. Adveniat damnum tuum. Fiat tempestas tua sicut in schypho sic etiam in taberna. Potum nostrum da nobis hodie. Et dimitte nobis pocula nostra, sicut et nos dimittimus compotatoribus nostris. Et sic nos inducas in ebrietatem, sed ne libera nos a vino.

Diac: Stramen.

Sac: Per omnia pocula poculorum.

Diac: Stramen.

Sac: Pax schyphi vobiscum.

Diac: Et cum genitu tuo.

Sac: Manus Decii, qui tollis pocula scyhphi, da nos bibere.

Diac: Vos qui secuti estis Decium, sedebitis super duodecim sedes gustantes lagenas vini, dicit Decius.

Sac: Doleo vobiscum.

Diac: Et cum genitu tuo.

Sac: Ploremus. Deus qui multitudinem laicorum ad congregationem spiritualium vino madidorum pervenire fecisti, concede propitius ut de eorum laboribus vivamus in terris, et de eorum uxoribus, filiabus ac domicellis ad cordis oblectationem diu perfrui mereamur, per ipsum Dolium nostrum.

Diac: Stramen.

Sac: Doleo vobiscum.

Diac: Et cum genitu tuo.
Sac: Benedicamus Dolio.
Diac: Decii pravitas.
Sac: Ite, missa est.
Finis

De Ordine Missae Impiissimi Ludi

Bernardinus Senensis, 1420

Tertio autem ad missarum solennia transeamus. Sacerdotale quidem officium cum incipit Introibo, cum clerico respondente, sit ipsorum lusorum inductio et concordia ad ludendum. Introitus per cantum alte pronuntiatus sit ludentium strepitus atque rumor. Kyrie eleison pluries replicatum contentio ludentium sit atque execratio quaedam, qua alternatim asserant atque dicant: Renego ego Deum, si non sic est. Cantus Gloria in excelsis sit execrandum scelus blasphemiae contra Sanctos et amplius contra excelsum Deum: Virginis autem gloria, sit eius saeva blasphemia. Pro Dominus vobiscum: zara, quod interpretatur oriens, a meo sacerdote populo nuncietur, ut nomen meum clarius sit, sicut Esaias 14 cap. me vocant dicentes, Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Et, licet mihi impropere casum illum, tamen intelligo non fuisse iustum. Oratio alte pronuntiata sint alta suspiria de corde euulsa. Initium epistolae taliter nuncietur: Incipit epistola boni pabuli ad ebrios: Charissimi: Ebrii estote et manducate. Graduale sit ex ludo gradatim ruere in peccata. Euangelium, quod bonum nuncium, scilicet pro nobis, interpretatur, sit, cum dicitur a lusore : perdo: et socius, quasi clericus, dicit: vinco. Credo sit in lusoribus credere nunquam mori. Offertorium atque hostiae consecrandae sint in ludo oblatio argenteorum grossorum. Aurea vero patena sint ducati vel floreni in copia. Calix aureus sit crater splendide lotus et optimo mero plenus. Oratio vero sit in lusoribus intrinseca rodens ira. Cruces in missa mea saepius iteratae sit manus in taxillorum percussione et iracundiae furore. Praefatio vero sit, cum videlicet in ludo perdens lamentabiliter ait: Heu mihi, iam tantum perdi. Alter respondeat: Proficiat tibi. Hostiae ac vini transubstantiatio sit substantiae unius in alterum translatio. Hostiae ad populum ostensio, sit taxillorum eleuatio. Pro praesentia angelorum, qui astant Christo consecrato, sit praesentia daemoniorum, qui astant cuicumque lusori scelerato. Tres partes hostiae, est perditio corporis, animae et substantiae. Communicatio sit denariorum imbursatio. Communionem annunciare sit ad tabernam post ludum inuitare. Postcommunio, sit crapula et inebriatio. Benedicamus Domino, sit ex desperatione Dei et Sanctorum maledictio. Vel si dicatur: Ite missa est, intelligitur quod anima cuiuslibet ludentis in nostris manibus data est. Meritum astantium missae nostrae sit cumulatio peccatorum. Crux omnibus astantibus in fine fiat, ut clarius innuatur quod omnes ludentes atque astantes, si impenitenter decesserint, aeternis cruciatibus damnabuntur. Haec igitur et omnia iubet mea tremenda maiestas a vobis omnibus per totam christianitatem disseminari atque per vos sub paena meae indignationis inuiolabiliter obseruari. Haec ait: Et statim omnes Daemones infernales se promptos corde, ore, & opere ad obedientiam obtulerunt, ac factis efficaciter compleuerunt. Ex his ecclesia malignantium, id est, lusorum exordium sumpsit, atque successum obtinuit contra ecclesiam Christi. Propterea in persona Domini Propheta ait, Odiui ecclesiam malignantium. Et haec de primo mysterio principali.

MISSA DEFUNCTORUM

In die obitus seu depositionis Defuncti

Introitus. 4. Esdr. 2, 34 et 35.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. *Ps. 64, 2-3.* Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. Requiem ætérnam.

Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplīces exorámus pro ánima fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**), quam hódie de hoc sáculo migráre jussísti: ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis suscipi et ad pátriam paradísi perdúci; ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Thessalonicénses.

1. Thess. 4, 13-18.

Fratres: Nólumus vos ignoráre de dormiéntibus, ut non contristémini, sicut et céteri, qui spem non habent. Si enim crédimus, quod Jesus mórtuus est et resurréxit: ita et Deus eos, qui dormiérunt per Jesum, addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini, quia nos, qui vívimus, qui resídui sumus in advéntum Dómini, non præveniémus eos, qui dormiérunt. Quóniam ipse Dóminus in jussu, et in voce Archángeli, et in tuba Dei descéndet de cœlo: et mórtui, qui in Christo sunt, resúrgent primi. Deinde nos, qui vívimus, qui relínquimur, simul rapiémur cum illis in núbibus óbviám Christo in aëra, et sic semper cum Dómino érimus. Itaque consolámini ínvicem in verbis istis.

Graduale. 4. Esdr. 2, 34 et 35.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. *Ps. 111, 7.* In memória ætérna erit justus: ab auditióne mala non timébit.

Tractus. Absólve, Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctorum ab omni vínculo delictórum. *Ps. 111, 7.* Et grátia tua illis succurrénte, mereántur eváderejudícium ultiónis. *Ps. 111, 7.* Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Sequentia.

Dies iræ, dies illa

Solvēt sæclum in favilla:

Teste David cum Sibýlla.

Quantus tremor est futúrus,

Quando judex est ventúrus,

Cuncta stricte discussúrus!

Tuba, mirum spargens sonum

Per sepúlcrā regiónum,

Coget omnes ante thronum.

Mors stupébit et natúra,

Cum resúrget creatúra,

Judicánti responsúra.

Liber scriptus proferétur,

In quo totum continétur,

Unde mundus judicétur.

Judex ergo cum sedébit,

Quidquid latet, apparébit:

Nil multum remanébit.

Quid sum miser tunc dictúrus?

Quem patrónum rogáturus,

Cum vix justus sit secúrus?

Rex treméndæ majestátis,
Qui salvándos salvas gratis,
Salva me, fons pietátis.

Recordáre, Jesu pie,
Quod sum causa tuæ viæ:
Ne me perdas illa die.

Quærens me, sedísti lassus:
Redemísti Crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.

Juste judex ultiónis,
Donum fac remissiónis
Ante diem ratiónis.

Ingemísco, tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicánti parce, Deus.

Qui Mariám absolvísti,
Et latrónem exaudísti,
Mihi quoque spem dedísti.

Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benígne,
Ne perénni cremer igne.

Inter oves locum præsta,
Et ab hædis me sequéstra,
Státuens in parte dextra.

Confutátis maledíctis,
Flammis áctibus addíctis:
Voca me cum benedíctis.

Oro supplex et acclínis,
Cor contrítum quasi cinis:
Gere curam mei finis.

Lacrimósa dies illa,
Qua resúrget ex favílla
Judicándus homo reus.

Huic ergo parce, Deus:
Pie Jesu Dómine,
Dona eis réquiem.

Amen.

✠ Sequéntia sancti Evangéllii secúndum Joánnem.

Joann, 11, 21-27.

In illo témpore: Dixit Martha ad Jesum: Dómine, si fuísses hic, frater meus non fuísset mórtuus: sed et nunc scio, quia, quæcúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia resúrget in resurrectione in novíssimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis, qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Dómine, ego crédidi, quia tu es Christus, Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti.

Offertorium. Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fidélium defunctorum de pœnis inférni et de profúndo lacu: libera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúrum: sed sígnifer sanctus Michaél repræséntet eas in lucem sanctam: * Quam olim Abrahæ promisísti et sémini ejus. **Ÿ**. Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam. * Quam olim Abrahæ promisísti et sémini ejus.

Secreta.

Propitiáre, quæsumus, Dómine, ánimæ famuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**), pro qua hóstiam laudis tibi immolámus, majestátem tuam suppliciter deprecánte: ut, per hæc piæ placatiónis officia, pervenire mereátur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum nostrum.

Præfatio Defunctorum.

Communio. *4. Esdr. 2, 35 et 34.*

Lux æténa lúceat eis, Dómine: * Cum Sanctis tuis in æténum: quia pius es. **Ÿ.** Requiem æténam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. * Cum Sanctis tuis in æténum: quia pius es.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut ánima fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**), quæ hódie de hoc sáculo migrávit, his sacrificiis purgáta et a peccátiis expedita, indulgéntiam páriter et réquiem cápiat sempitérnam. Per Dóminum nostrum.

¶ *In die tertio, septimo et trigesimo depositionis Defuncti dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infra:*

Oratio.

Quæsumus, Dómine, ut ánimæ fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**), cujus depositiόνis diem tértium (vel séptimum, vel trigésimum) commemorámus, Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium: et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum.

Secreta.

Múnera, quæsumus, Dómine, quæ tibi pro ánima fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**) offérimus, placátus inténde: ut, remédiis purgáta cœléstibus, in tua pietáte requiéscat. Per Dóminum.

Postcommunio.

Súscipe, Dómine, preces nostras pro ánima fámuli tui **N.** (fámulæ tuæ **N.**): ut, si quæ ei máculæ de terrénis contágiis adhæsérunt, remissiόνis tuæ misericórdia deleántur. Per Dóminum.

INCIPIT LIBER DE DUOBUS PRINCIPIIS

Deinde Sacerdos in cornu Evangelii, junctis manibus dicit:

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem

R. Gloria tibi, Satanae

Evangelium St. Johannis

Ego Johannes Frater vester, particeps in tribulatione, et in regno coelorum ut essem, particeps; cum recubuissem supra pectus Domini nostri Jesu Christi et dixi, Domine, quis est qui tradet te? Et respondens dixit, qui intingit manum mecum in catino. Tunc introivit in eum Satanas et quaerebat, ut traderet me : Et dixi; Domine antequam Satanas caderet in qua gloria persistebat apud patrem tuum? et dixit mihi, in tali gloria erat, quod ordinabat virtutes coelorum : Ego autem sedebam apud patrem meum, ipse erat ordinans omnem imitatore[m] Patris et descendebat de coelo in infimum et ascendebat ab infimis usque ad Thronum invisibilis Patris, et observabat gloriam quae erat moventis coelos, et cogitavit sedem suam ponere super nubes coelorum, et volebat Altissimo similis esse; et cum descendisset in aërem ad Angelum aëris dixit: aperi mihi portas aëris, et aperuit ei portas aëris; et petens deorsum, invenit angelum qui tenebat aquas, et dixit ei, aperi mihi portas aquarum, et aperuit ei, et transcendens invenit universam faciem terrae coopertam aquis, et transcendens subtus terram, invenit duos pisces jacentes super aquas et erant sicut boves juncti ad arandum, tenentes totam terram invisibilis Patris praecepto ab occasu usque ad solis ortum: Et cum descendisset, invenit nubes pendentes tenentes pelagum maris : Et cum descendisset deorsum, invenit suum ossop, quod est genus ignis, et postea non potuit descendere deorsum propter flammam ignis ardentis et reversus es Satanas retrorsum et replevit semitas, et introivit ad angelum aëris et ad eum qui super aquas erat, et dixit eis, haec omnia mea sunt, si audieritis me, ponam sedem meam in nubibus, et ero similis altissimo, et tollens aquas de superiori firmamento isto, caetera loca maris congregabo, et post hoc non erit aqua super faciem universae terrae, et regnabo vobiscum in secula seculorum. Et haec dicens angelus, ascendit ad caeteros angelos usque ad quintum coelum et ita dicebat ad singulos quantum debes Domino tuo? ipse dixit centum choros tritici, et dixit ei accipe calamum et atramentum, et scribe sexaginta, et aliis dixit, et tu quantum debes Domino tuo? qui respondit, centum cados olei, et dixit, sede et scribe quinquaginta. Et ascendens ad omnes coelos, ita dicebat usque ad quintum coelum, blandiendo Angelos invisibilis Patris, et exivit vox de throno Patris dicens; quid facis negator patris seducens Angelos, factor peccati, cito fac quod excogitasti. Tunc praecepit Pater angelis suis dicens, tollite vestimenta eorum, et tulerunt vestimenta eorum angeli et thronos eorum et coronas eorum omnibus angelis qui eum audierunt. Et interrogavi Dominum, quando Satanas cecidit, in quo loco habitavit? et respondit mihi: Pater meus transfiguravit eum propter superbiam suam, et ablatum est lumen ab eo, et facta est facies ejus sicut ferrum calefactum, fuitque facies ejus sicuti tota hominis, et traxit cum cauda tertiam Partem Angelorum Dei, et projectus est de sede Dei et de villicatione coelorum, descendens Satanas in firmamentum hoc nullam requiem petuit facere sibi, nec iis, qui cum eo erant; et rogavit Patrem dicens: Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi, et misertus ei Pater, et dedit ei requiem et his qui cum eo erant, quodcumque vellet usque ad septem dies, et sic sedit in firmamento et praecepit Angelo qui erat super aërem, et qui erat super aquas et elevaverunt terram sursum et apparuit arida et accepit coronam Angeli, qui erat super aquas et de medietate fecit lumen Lunae et de medietate lumen stellarum et de lapidibus fecit omnes militias stellarum et de hinc fecit Angelos ministros suos secundum ordinem forma Altissimi, et praecepto invisibilis Patris tonitrua, pluvias, grandines et nives. Emisit Angelos ministros suos super ea, et praecepit terrae ut produceret omne altile, et omne reptile, et arbores et herbas; et praecepit mari ut produceret pisces et aves coeli et praeterea excogitavit et fecit hominem ad similitudinem ejus vel sui; et praecepit Angelo tertii coeli intrare in corpus luteum, et tulit de eo et fecit aliud corpus in formam mulieris, et praecepit Angelo secundi coeli introire in corpus mulieris : Angeli vero ploraverunt videntes in se formam mortalem et esse dissimiles forma, et praecepit opus carnale facere in corporibus luteis, et non intellexerunt facere peccatum. Sententiator malorum, ita cogitavit cum suo ingenio, ut faceret paradysum, et introduxit homines, et praecepit adducere et plantavit diabolus arundinem in medio Paradisi et ita celavit ingenium suum diabolus nequam, ut ipsi non cognoscerent deceptionem ejus, et intrabat et loquebatur ad eos dicens: de omni fructu qui est in Paradiso comedite, de fructu vere scientiae Beni et mali

nolite comedere. Verumtamen introivit Diabolus in serpentem nequam et seduxit Angelum qui erat in forma mulieris, et effudit frater ejus concupiscentiam peccatorum, et fecit concupiscentiam suam cum Eva in cantu serpentis; et ideo dicuntur filii diaboli et filii serpentis facientes concupiscentiam diaboli patris eorum usque ad consummationem hujus seculi: et iterum effudit diabolus in Angelo qui erat in Adam venenum suum, et concupiscentiam quae generat filios serpentis et filios Diaboli usque ad consummationem hujus seculi. Et postea ego Joannes interrogavi Dominum, dicens: Quomodo dicunt homines, Adam et Evam a Deo creatos esse, et in Paradiso positos servare praecepta Patris et morti traditisunt? et dixit mihi Dominus: Audi Joannes, dilecte Patris mei, insipientes homines ita dicunt in praevaricatione Patrem meum corpora lutea, fabricare, sed Spiritu sancto omnes virtutes coelorum fecit et sancti propter praevaricationem inventi sunt habentes corpora lutea mortalia, et ideo morti traditisunt. Et iterum ego Joannes interrogavi Dominum: Qualiter homo incipit esse in spiritum in corpore carnali, et dixit Dominus ad me, de caducis Angelis de coelo ingrediuntur in corporibus mulierum, et accipiunt carnem de concupiscentia carnis et nascitur spiritus de spiritu et caro de carne, et ita consummatur regnum Satanae in hoc mundo et in omnibus gentibus; Et dixit mihi: Pater meus permisit ei regnare septem diebus quae sunt septem secula. Et interrogavi Dominum et dixi: Quid erit in tempore hoc? Et dixit mihi ex quo cecidit a gloria Patris diabolus et suam gloriam noluit, sedit super nubes; et misit ministros suos Angelos ignis urentes ad homines infra ad Adam usque ab Henoc ministrum suum, elevavit Henoc super firmamentum, et ostendit deitatem suam, et praecepit ei dari calamum et atraumentum et sedens scripsit sexaginta septem libros et praecepit ut adduceret eos in terram et tradidit eos filiis suis, et deposuit Henoc libros in terram et tradidit eos filiis suis, et coepit eos docere facere formam sacrificiorum et mysteria injusta et ita abscondebatur regnum coelorum ante homines; et dicebat eis. Videte quod ego sum Deus vester, et non praeter me alius Deus. Ideo misit me pater meus in mundo, ut notum faciam hominibus, ut cognoscant malum ingenium diaboli; et tunc cum cognovisset quod descendi de coelo in mundum mifit angelum, et accepit de tribus linguis, et dedit ea ad crucifigendum me Moisi, qui nunc mihi servantur; sed ei hic nunc praenunciabat deitatem populo suo, et praecepit legem dari filiis Israël, et eduxit eum per siccum maris medium. Cum cogitaret Pater meus mittere me in mundum, misit Angelum suum ante me, nomine Maria, ut acciperet me. Ego autem descendens intravi per auditum, et exivi per auditum. et cognovit Satanus princeps hujus mundi quia descendo quaerere et salvare qui perierant; et misit Angelum Heliam Prophetam bapntisatem in aqua qui dicitur Joannes Baptista. Helias autem interrogavit hujus mundi: Quomodo possum scire? Tunc ipse Dominus dixit, super quem videris spiritum descendantem sic ut columbam et manentem super eum ipse est qui baptisat in Spiritu sancto in remissionem peccatorum; ipse poteris eum perdere et salvare. Et iterum ego Joannes interrogavi Dominum: Potest homo salvus esse per baptismum Joannis sine tuo baptismo? Et respondit Dominus; Nisi ego baptisatam vero in remissionem peccatorum per baptismum aquae, nemo potest videre regnum coelorum, quia ego sum panis vitae descendens de septimo coelo, et qui manducant carnem meam, et bibunt sanguinem meum, isti filii Dei vocabuntur. Et interrogavi Dominum et dixi: Quid est manducare carnem meam et bibere sanguinem meum? Et dixit mihi Dominus: Ante ruinam Diaboli cum omni militia sua a gloria Patris in oratione orando sic glorificabant patrem in orationibus, dicendo: Pater noster qui es in coelis, et ita omnia cantica eorum ascendebant ante sedem patris; et cum cecidissent postea non possunt glorificare Deum in oratione ista. Et interrogavi Dominum: Quomodo Joannis baptismum omnes recipiunt, tuum vero baptismum non omnes recipiunt? et respondens Dominus, quia opera illorum mala sunt et non veniunt ad lumen; Discipuli Joannis nubunt et ducuntur ad nuptias; mei autem discipuli nec nubunt, nec nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in caelo. Ego autem dixi: Si enim est peccatum cum muliere, non expedit homini nubere: Dixit autem Dominus ad me, non omnes capiunt verbum hoc, nisi hi quibus datum est. Sunt enim evnuchi qui de utero matris sic nati sunt. et sunt evnuchi quos evnuchisaverunt homines, et sunt evnuchi qui seipsos castraverunt propter regnum coelorum, qui potest capere capiat. Ego autem interrogavi Dominum de die judicii: Quod signum erit adventus tui? et respondens dixit mihi; cum consummabitur numerus justorum, scilicet numerus coronatorum justorum caducorum, et tunc solvetur Satanus de carcere suo, habens iram magnam, et faciet bellum cum justis, et clamabunt ad Dominum voce magna, et statim praecepit Dominus Angelo, ut tuba canat, in tuba vox Archangeli de coelo audietur versus ad inferna, et tunc obscurabitur Sol, et Luna non dabit lumen suum et stellae cadent, et solventur quatuor venti de fundamentis suis, et tremere facient terram, et mare, et montes, et colles simul, et tremebit statim coelum et obscurabitur sol qui lucebit versus ad quartam horam. Tunc apparebit signum filii hominis, et omnes sancti angelicum eo, et ponet sedem suam super nubes, et sedebit super sedem majestatis suae cum duodecim apostolis super duodecim sedes gloriae suae, et aperientur libri, et judicabit

universum orbem et fidem quam praedicaverat; et tunc mittet filius hominis angelos suos et colligent electos ejus a quatuor ventis a summis coelorum usque ad terminos eorum, et deducunt eos quaerere: Tunc mittet filius Dei malos daemones, ut mittant omnes gentes ante se, et dicet ad eos, venite qui dicebatis manducavimus, et bibimus, et recepimus quaestum hujusmodi, et post haec iterum inducuntur et statim stabunt omnes ante tribunal, timentes omnes gentes; et libri aperientur vitae, et manifestabunt omnes gentes impietatem suam, et glorificabit justos in patientia eorum et opera bona, gloria et honor, et incorruptio servantibus mandata Angelica et obedientibus injuste; ita et indignatio, tribulatio, et angustia apprehendet eos. Et deducet filius Dei electos suos de medio peccatorum et dicet ad eos: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: Tunc peccatoribus dicet, discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus, et caeteri videntes novissima abscissione projicient peccatores in infernum praecepto invisibilis patris. Tunc exiit spiritus de carceribus non credentium, et tunc vox mea audita erit, et erit unum ovile, et unus pastor, et exiit de inferioribus terrae obscurum tenebrosam quod est tenebrosium gehennae ignis et comburet universa usque ad aërem firmamenti inferioribus, et erit Dominus in firmamento usque ad inferiora terrae, sicut homo habens triginta annos levaret lapidem et mitteret deorsum, vix per tres annos fundum attingeret, tanta est profunditas lacus et ignis, ubi peccatores habitabunt, et tunc ligabitur Satan et omnis militia ejus, et mittetur in lacum ignis et deambulabit Filius Dei cum electis suis desuper firmamentum, et claudet Diabolum ligans eum insolubilibus vinculis fortibus, cum peccatores plorantes et lugentes, dicent, absorbe nos terra, et operi nos morte, et tunc fulgebunt justus, sicut Sol in regno Patris eorum, et deducet eos ante sedem Patris invisibilis dicens: ecce ego, et pueri mei quos dedit mihi Deus juste mundus te non cognovit; ego autem cognovi te in veritate, quia tu me misisti et tunc respondebit Pater filio suo dicens: fili dilecte mi, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum qui negaverunt me, et dixere, nos Dii sumus, et praeter nos non est alius Deus: qui Prophetas tuos caeciderunt et justos tuos persecuti sunt, et tu persecutus es eos in tenebras exteriores: Ibi erit fletus et stridor dentium: et tunc sedebit filius Dei a dextris patris sui et praecipiet Pater angelis suis, et ministrabit eis, et ponet eos in choros Angelorum, ut induat eos indumentis incorruptibilibus, et dabit eis coronas immarcessibiles, et sedes immobiles, et Deus in medio erit, et non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus aestus et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, et regnabit cum patre sancto suo et regni ejus non erit finis in secula seculorum.



COENA SANCTA REGNI COELORUM

Joannis et Apostoli et Evangelistae Interrogatio in coena sancta regni coelorum de ordinatione mundi, et de Principe et de Adam

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Interrogatio Johannis et apostoli et evangelistae in coena secreta regis coelorum de ordinatione mundi istius et de principe et de Adam. Ego Johannes particeps in tribulatione et regno Dei, ut essem particeps, qui et recumbens in coena suprapectus Jhesu Christi Domini nostri, dixi: Domine, quis tradet te, et Dominus dixit mihi: qui intinxerit manum in catino, et introibit in eum sathanas, ille tradet me. Et dixi: Domine, antequam sathanas cecidisset, in qua gloria assistebat apud Patrem? et dixit: in virtutibus coelorum et in trono Patris invisibilis et ordinator erat omnium, et sedebam ego apud Patrem meum, et ille erat ordinans virtutes coelorum et illos qui secuti sunt Patrem et descendebat de coelis usque ad infernum et ascendebat usque ad tronum Dei invisibilis Patris et custodiebat illas glorias, quae erant supra omnes coelos, et cogitavit volens ponere tronum super nubes et esse similis altissimo. Et cum descendisset in aerem, invenit angelum sedentem super aerem et dixit ei: aperi mihi portas aeris, et aperuit ei, et descendens invenit angelum, qui tenebat aquas, et dixit ei: aperi mihi portas aquarum, et aperuit ei, et descendens invenit totam terram coopertam de aquis et ambulans per subter invenit duos pisces jacentes super aquas et erant quidem vincti substinentes totam terram per praeceptum Patris invisibilis, et descendens desubtus invenit magnas nubes tenentes pelagum maris, et descendit subtus et invenit suum infernum quod est geenna ignis, postea vero non valuit descendere subtus propter flammam ignis qui ardebat. Tunc reversus est sathanas retro implens se de malitiis et ascendit ad angelum, qui erat super aerem, et ad illum, qui erat super aquas, dicens eis: omnia sunt mea, si me audieritis, ponam tronum meum super nubes et ero similis altissimo et substolam aquas supra firmamentum istum et ceteras aquas in lata maria congregabo, et postea non erit aqua super faciem omnis terrae, et regnabo nobiscum in saecula saeculorum, et hoc dixit angelis. Et ascendebat ad illos coelos usque ad tertium coelum subvertens angelos invisibilis Patris et dicens singulis eorum: quantum debes Domino tuo? et primum respondit: c. chados olei, et dixit ei: accipe cautionem et sede et scribe 1. Et alii dicit: tu vero quantum debes Domino tuo? qui ait: c. chados tritici, et ait illi: tolle cautionem tuam et sede et scribe cito octuaginta. Et ascendebat ad alios coelos ita dicens ascenditque usque ad quartum coelum seducens angelos invisibilis Patris, et exivit vox de trono Patris dicens: quid facis, dejecte, subvertens angelos Patris; factor peccati, cito fac, quod cogitasti. Tunc Pater praecepit angelis suis: deponite stolas et tronos et coronas ab omnibus angelis audientes eum, et tulerunt angeli vestimenta et tronos et Coronas omnibus angelis audientes eum. Iterumque ego Johannes interrogavi Dominum dicens, quum sathanas cecidit, in quo habitavit, et respondens dixit mihi: praecepit Pater meus, et transfiguravit se propter elationem suam, et abstulit lumen gloriae suae ei, et facies ejus sicut ferrum fuit fervens ab igne et tota species faciei ejus fuit sicut hominis et habuit VII caudas trahentes tertiam partem angelorum Dei et ejectus fuit a trono Dei et a villicatione coelorum et descendens de coelo sathanas in firmamentum hoc nullam requiem poterat facere, neque hi qui cum eo erant, rogavitque Patrem dicens: peccavi, patientiam habe in me, omnia reddam tibi; Pater misertus est ejus et dedit ei requiem facere, quod voluerit, usque ad diem septimum, et tunc sedit super firmamentum praecepitque angelo, qui erat super aerem, et illi, qui erat super aquas. Et elevaverunt duas partes aquarum sursum in aerem et de tertia parte fecerunt 1 maria, et fuit divisio aquarum per praeceptum Patris invisibilis. Et praecepit iterum angelo, qui erat super aquas: sta super duos pisces, et elevavit capite suo tertiam, et apparuit arida et fuit, quum accepit coronam ab angelo, qui erat super aerem, media fecit tronum suum et medium lumen solis accipiensque coronam ab angelo, qui erat super aquas, medietatem fecit lumen lunae et medietatem lumen diei. Et de lapidibus fecit ignem et de igne fecit omnem militiam et stellas et de illis fecit angelos spiritus, ministros suos secundum formam ordinatoris altissimi fecitque tonitrua et pluvias et grandinem et nivem et misit ministros angelos suos super ea. Praecepitque terrae, ut educeret omne vivens, animalia, arbores et herbas. Et mari praecepit, ut educeret pisces et aves coelorum. Et cogitavit facere hominem in servitio sibi et tulit limum de terra et fecit hominem similem sibi. Et praecepit angelo secundi coeli introire in corpus luti et tulit de eo et fecit aliud corpus in forma mulieris praecepitque angelo primi coeli introire in illum. Angeli ploraverunt multum videntes super se formam mortales esse in divisio formis, praecipiebatque eis carnalia opera facere in corporibus luti, et illi nesciebant facere peccatum. Initiator autem peccati cum sua seductione ita fecit: plantavit paradysum et misit homines intra et praecepit eis, ne comederent ex eo. Diabolus introivit in paradysum et plantavit arundinem in

medio paradisi et de sputo suo fecit serpentem et praecepit ei in arundine manere et sic diabolus ascondebat sapientiam suae fraudis, ut non viderent deceptionem suam, et introibat ad eos dicens: de omni fructu comedite, qui est in paradiso, de fructu iniquitatis ne comedatis. Postea malignus diabolus intrans in serpentem malum et decepit angelum qui erat in forma mulieris et effundit super caput ejus concupiscentiam peccati, et fuit concupiscentia Evae sicut fornax ardens.



Statimque diabolus exiens de arundine in forma serpentis fecit concupiscentiam suam cum Eva cum cauda serpentis, ideo non vocantur filii Dei, sed filii diaboli et filii serpentis, voluntates patris facientes diabolicas usque ad saeculi finem. Postea diabolus effudit suam concupiscentiam super caput angeli, qui erat in Adam, et ambo inventi sunt in concupiscentia luxuriae simul generando filios diaboli et serpentis usque ad consummationem saeculi. Et postea ego Johannes interrogavi Dominum dicens, quare dicunt homines: Adam et Eva a Deo sunt formati et in paradiso positi fuerunt custodire mandata ejus, et ipsi propter transgressionem praecepti Patris morti traditi sunt, et Dominus dixit mihi: audi, Johannes carissime, insipientes homines sic dicunt, sed quum in praevaricatione Pater mens lutea corpora fecit, sed de Spiritu sancto omnes virtutes coelorum fecit, ipsi autem propter transgressionem et propter causam eorum inventi sunt habentes lutea corpora et morti traditi sunt. Et adhuc ego Johannes interrogavi Dominum dicens: Domine, quomodo incipitur homo de Spiritu in corpore carnali, dixitque mihi Dominus: de lapsis spiritibus coelorum ingrediuntur in corpora feminea lutosa et carnem accipiunt de concupiscentia carnis, et nascitur spiritus de spiritu et caro de carne, et ita finitur regnum sathanae in hoc mundo. Et interrogavi Dominum dicens: usque quo regnabit sathanas in hoc mundo super essentia hominum? dixitque mihi Dominus: Pater meus permisit illi regnare VII dies, qui sunt septem secula. Et iterum ego Johannes interrogavi Dominum dicens: quale erit hoc saeculum, dicens et dixit mihi: ex quo cecidit diabolus de gloria Patris et propriam gloriam voluit seditque supra nubes et posuit nubes ministros suos ignem urentem et interea homines ab Adam usque ad Enoch et misit ministrum suum et assumpsit eum supra firmamentum et ostendit illi deitatem suam et praecepit illi dari calamum et atramentum et sedens scripsit septuaginta VI libros et praecepit ei, eos deferri in terram, detulit autem Enoch libros et tradidit filiis et docuit, eos facere formam sacrificiorum et locum sacrificiorum, et fecerunt ita et clauserunt regnum coelorum ante homines, et dicebat eis: videte quia ego sum Deus, et non est alter Deus praeter me. Ideo misit me Pater meus in mundum istum, ut manifestem nomen meum hominibus, et ut cognoscant eum et malitiosum diabolum. Cum

autem cognovisset sathanas, quod descenderem in hunc mundum, misit angelum suum et accepit de tribus arboribus et dedit Moysi prophetae ad crucifigendum me, quae ligna, mihi custodiuntur usque nunc, et ipse annuntiabat ei deitatem praecepitque ei legizare filiis Israel, et ita eduxit eos per siccum per medium maris. Quum cogitavit Pater mens mittere me in mundum istum, misit ante me angelum suum per Spiritum sanctum, ut reciperet qui vocabatur Maria, mater mea, et ego descendens per auditum introivi et exivi, et scivit sathanas, princeps hujus mundi, quod ego veni quaerere et salvare quae perierant, misit angelum suum Elyam prophetam baptizantem in aqua, qui vocatur Johannes Baptista. Elyas autem interrogavit principem hujus mundi, quomodo poterit eum cognoscere, et ipse dixit ei: supra quem videritis Spiritum sanctum descendentem in specie columbae et manentem supra eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto et igni. Ideo hoc dicebat Johanues, quia non cognoscebat eum, sed ille qui misit me baptizare in aqua, ille dicit ei: testificatur Johannes, ego baptizo in aqua in poenitentia, ille autem baptizat nos in Spiritu sancto in remissionem peccatorum, ille est, qui potest perdere et salvare. Et iterum ego Johannes interrogavi Dominum: potest horno habere salvationem per baptismum Johannis? Sine meo baptisate, quo baptizo in remissionem peccatorum, inquam solum, nullus potest habere salvationem Dei, ex quo ego sum panis vitae descendens de septimo coelo, quod qui manducat carnem meam et bibit sanguinem, hi filii Dei vocabuntur. Et interrogavi Dominum, quid est caro tua et quid est sanguis tuus, et dixit mihi Dominus, antequam cecidisset diabolus cum tota militia angelica Patris, angeli Patris orantes glorificabant Patrem meum hanc orationem dicentes: „Pater noster, qui es in coelis, ita hic cantus ascendebat ante tronum Patris, sed angeli, ex quo ceciderunt, jam non potuerunt glorificari Dominum in hac oratione. Et iterum interrogavi Dominum: quomodo totus mundus accepit baptismum Johannis, tuum autem non omnes accipiunt. Respondit mihi Dominus: ideo, quia opera eorum mala sunt, et non veniunt ad lucem; discipuli Johannis nubunt et nubuntur, discipuli autem mei non nubunt, nec nubuntur, sed sunt sicut angeli Dei in coelo in regno coelorum. Et ego dixi: si ita est peccatum cum mulieribus, non expedit nubere. Et Dominus ait: non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, sunt enim eunuchi, qui de ventre matris sic nati sunt, et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum coelorum. Et postea ego interrogavi Dominum de die iudicii, quod signum erit adventus tui, et respondens Dominus ait, et erit, cum consummabitur numerus justorum secundum numerum coronarum cadentium, tunc solvetur sathanas de suo carcere habens iram magnam et faciet bellum cum justis, et clamabunt justi ad Dominum Deum suum, et statim praecipiet Dominus Deus archangelo, ut tuba cantet, et exiet vox archangeli de coelis et usque ad inferiora audietur, et tunc obscurabitur sol, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de coelis et solventur. . . . Venti magni a constitutione eorum, et tremet terra et mare montesque et colles insimul, et tunc revelabitur signum filii, et plangent omnes tribus terrae, statimque coelum tremet et obscurabitur, et sol lucet usque ad horam nonam, et tunc manifestabitur filius hominis in gloria sua omnesque sancti et angeli cum eo, et sedes ponentur supra nubes, sedebitque supra sedem gloriae suae cum XII apostolis super XII sedes suae gloriae, et libri aperientur, et iudicabit omnes gentes orbis terrae, tunc praedicabitur fides, tunc mittet filius hominis angelos suos et colligent electos suos a summis coelorum usque ad fines eorum et adducent eos cum sua in omnia mihi super nubem in aerem; tunc mittet filius Dei daemones malos et ejiciet eos cum ira et omnes linguas quae crediderunt in eum, eos ve . . n . . r et qui . . manducemus et bibamus et recipiamus et his, qui hic sunt, et videamus, quale adiutorium habebit de his, et confestim omnes gentes ante iudicium timidum, et aperientur duo libri et manifestabunt omnes gentes eum praedicatione eorum et glorificabunt justos in sufferentia eorum cum operibus bonis, gloria et honor inaccessibilis custodientibus angelicam vitam, et obediens iniquitati iram et furorem et angustiam et indignationem accipient, et separabit filius hominis justos suos de medio peccatorum dicens eis: venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi, et tunc dicet peccatoribus: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum paratum diabolo et angelis ejus, et ceteri videbunt novissimam separationem et convertentur peccatores in infernum. Et per licentiam Patris exiunt de carcere Spiritus increduli aliquando et vocem meam audient, et erit unum ovile et unus pastor. Et tunc per licentiam Patris exiit de inferiori terrae obscuritas tenebrosa et geenna ignis et ardebit omnia inferiora terrae usque ad aerem firmamenti, erit ignis afflic . . . Et exiit de inferioribus terre obscurum tenebrosus quod est tenebra gehenne ignis et comburet universa usque ad aerem firmamenti ab inferioribus. Et erit dominus in firmamento usque ad inferiora terre. Sicut homo habens triginta annos levaret lapidem et mitteret deorsum, vix per tres annos fundum attingeret, tanta est profunditas lacus et ignis ubi peccatores habitabunt. Et tunc ligabitur Sathanas et omnis militia eius et mittetur in lacum ignis. Et deambulabit filius dei cum electis suis desuper firmamentum. Et claudet diabolus ligans eum insolubilibus vinculis fortibus cum

peccatoribus. Plorantes et lugentes dicent: Absorbe nos, terra, et operi nos in te. Et tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Et educet eos ante sedem patris invisibilis: Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi deus. Iuste, mundus te non cognovit, ego autem cognovi te in veritate quia tu me misisti. Et tunc respondebit pater filio suo dicens: Fili dilecte mi, sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum qui negaverunt me et dixerunt: Nos dii sumus et preter nos no est alius deus, qui prophetas tuas occiderunt et iustos tuos persecuti sunt. Et tu persecutus es eos in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.

